CODEX LITURGICUS ECCLESIAE UNIVERSAE IN 15. LIBROS DISTRIBUTUS IN...

Giuseppe Luigi Assemani

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5. 6. 106

Digitized by Google

MISSALE
ALEXANDRINUM
SANCTI MARCI

IN QUO

EUCHARISTIAE LITURGIAE

OMNES ANTIQUAE, AC RECENTES

ECCLESIARUM AEGYPTI

GRAECE, COPTICE, ARABICE, ET SYRIACE

EXHIBENTUR

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS

AD MSS. VATICANOS

ALIOSQUE CASTIGAVIT, RECENSUIT, LATINE CONVERTIT,

PRAEFATIONE, ET NOTIS ILLUSTRAVIT.



ROMAE, MDCCLIV.

TYPIS HAEREDUM JO: LAURENTII BARBIELLINI

SUPERIORUM FACULTATE.

Ad usum Dni. Lothari[i]

Mariae Boatti MDCCL. 1752

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO DUCI

ET INCLYTAE

REIPUBLICÆ VENETORUM.

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS
S. D.

ALEXANDRINUM S. MARCI *Miſſale evulgaturo* VOBIS *dicare, veſtræque* REIPUBLI-CÆ *inſignibus ornare placuit, non paucis quidem veris, nec adſcitis rationum momentis, ſed etiam quo & meum devinctiſſimum erga* VOS, *veſtramque* INCLY-

Digitized by Google

TAM REMPUBLICAM *animum declararem*; *&* *Miſſali*, *mihique* VOS PATRONOS, *ac* MOECENATES *optimos conciliarem*.

Enimvero ex quo VESTRA RESPUBLICA *ſemper florentiſſima exſtitit*, *in primis quæ ad Religionem potiſſimum*, *ac Politiam*, *Libertatemque ſpectant*, *alacriter*, *curate*, *ſtrenue provehere*, *&* *foeliciſſime conficere ita ſtuduit*, *ut nulli ſecunda Princeps* DOMINATIONIS VESTRÆ *Civitas*, *omnia Civibus abundantiſſime præſtet*, *quæ ad Pacem*, *ac foelicitatem quoquomodo conducere videntur*.

Quæ Pax, *ac foelicitas cum ſejungi*, *divellique ab ea nequeat*, *quam Divina ſapientia in adſumta humanitate annunciavit*, *&* *hominibus*, *ut arrham æternæ felicitatis*, *procuravit*, *veram*, *ac germanam originem*, *rationemque Politiæ omnis continet*, *atque exhibet*; *ſiquidem veram Religionem Deo debitam & probatam importet*.

Quid

Quid autem a vobis actum unquam, geſtumque non fuerit, ut cum Civium tranquillitate & pace, chriſtiana quoque vera Religio, & Pax conſervaretur, atque ab Hoſtibus vindicaretur; unde & firmiſſimum propugnaculum atque tutum refugium ab Mahometanorum irruptionibus rebus ipſis Eccleſia fere ſemper in vobis experta eſt. Hoec immortalia VESTRÆ REIPUBLICÆ *decora nullis oblivionis tenebris obumbranda vel delenda, vel ipſum Inſigne veſtrum publicum conſpicua reddit, & perpetuo teſtabitur.*

Quamobrem non is ego ſum, qui VOBIS *quidpiam honoris adiicere poſſim, aut ex veſtra gloria quidpiam detrahere, quæ igitur impolitis meis ſermonibus innui, eo unice reſpiciunt, ut conſentaneam nactus occaſionem officii memor, germana animi mei ſenſa publice* VOBIS *panderem, & explicarem.*

Cum

Digitized by Google

Cum enim ex deliteſcentibus Codicibus, atque hinc inde diſtractis, diſpertitiſque voluminibus Liturgiam Alexandrinæ Eccleſiæ a S. Marco Evangeliſta fundatæ eruerem, colligerem, & in corpus quoddam componerem Codici meo Liturgico Eccleſiæ univerſæ inſerendam, Miſſale hujus Eccleſiæ VOBIS *offerre, ac* NOMINI VESTRO *conſecrare decrevi, ut ſub* VESTRI LEONIS *Fauſtiſſimis Auſpiciis ipſum prodiret.*

Munuſculum Id tenue certe exſiſtimabit quicumque ex quantitate, ac mole rerum precia penſitarit; Aſt maximum illud fore, neque alienum a veſtra magnitudine judicabit, ac ſtatuet omni procul dubio, quisquis VESTRAM *erga Tantum* PATRONUM, *ac* TUTELAREM *pietatem, ſtudium, obſequiumque; Offerentis conditionem, ac Muneris rationem ponderaverit.*

Perſpicua ſane ſunt argumenta Veſtræ Religionis, ac Devotionis erga S. Marcum,

cum, cujus Sacra pignora tanto excepiſtis amore ac Veneratione, quantum prodit honor, quem & exhibuiſtis ab initio, atque in dies deferre pergitis magna cum æmulatione, ac dignitate. Ac nemo quidem eſt, qui non intelligat, quanti RESPUBLICA VESTRA *faciat, quantoque in pretio habeat, quæcumque S.Evangeliſtam reſpiciant, illiuſque merita præclariſſima adaugeant. Præter omnia certe non ultimum ſibi locum vindicare debet Liturgia ab ipſo præſcripta, atque in Alexandrina Eccleſia ſemper ſervata, ad cujus normam in multis Eccleſiæ veſtræ Ritus exegiſtis; cum Liturgia publica ſit, ac ſolemnis forma, qua Sacrum Euchariſticum ſacrificium* DEO *exhibetur.*

Quæ cum ita ſe haberent, quid VOBIS *magis acceptum, quid veſtræ Religioni magis gratum offerrem, prorſus ignoravi; enimvero Sacerdos* DEI *gratia conſtitutus, & in Romano Sapientiæ Gymnaſio linguæ Syro-*

Chal-

Digitized by Google

Chaldaicæ, necnon de Chriſtianis Sacris publicus Profeſſor Pontificis ſupremi munere renunciatus, ſi quidpiam carum habeo, id Liturgia profecto eſt, quam ut inluſtrarem, ſartam tectam ſervarem, propugnarem, ac vulgarem ſtudia mea direxi.

Quod æquum ergo, ac juſtum munus VOBIS *offero, Clementiſſimi Suſcipite; ipſum Tutamini; ac me* VESTRO *Patrocinio fovete, benignitate, & munificentia excipite.*

Quam gratiam ſi apud VOS *non inveniam meæ humilitatis tenuitatiſque conſcius, beatum me prædicabo, quod officio non defuerim, & publico, ac perenni monumento meam aperuerim Devotionem erga* VOS *ac veſtram* INCLYTAM REMPUBLICAM, *quam* DEUM *ſupplex rogo, ſoſpitet, & in pace ſemper confirmet.*

Dabam Romæ 15. Kal. April. 1754.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

ALEXANDRINUM S. Marci Miſſalem librum evulgaturo mihi quædam præfari peropportunum viſum eſt, quo Lectores benevoli eorum, quæ in hoc Tomo continentur, rationem quandam habeant. Itaque Alexandria celeberrima Urbs antiquo nomine Ægyptiaco *Raçot* appellata, ſedes fuit, in qua Marcus Evangeliſta, & Petri filius ſpiritualis ſedit, cum Eccleſiam ex Græcis, & Barbaris, atque Judæis conflatam in Ægypto fundavit, quæ una eſt Alexandrinæ Civitatis prærogativæ dignitatis; Quoniam autem ſocietas humana nulla conſiſtit ſine Religione ſacroque Dei ſolemni cultu, qui a pace, & caritate chriſtiana, in qua tota lex pendet, & Prophetæ, divelli, ſejungique nequit, & Religioſus iſte cultus ſacer Deo gratus potiſſimum per ſacrificium Altaris incruentum habetur, hinc uti Jacobus in Palæſtina, Petrus Romæ, ac cæteri Apoſtoli ubique locorum, Liturgiam hanc a Chriſto edocti celebrarunt, & novos populos, quos formabant, celebrandam rite, & de-

Digitized by Google

& debito cum ordine docuerunt, & juſſerunt; ita & Marcus Ægypti Apoſtolus, & Alexandrinus Epiſcopus primus Miſſam, & Ordinem, ac Ritum ipſius celebrandæ Alexandrinis cæteriſque Ægyptiis, quos poſterior ætas corrupta voce *Coptos* appellavit, tradidit, & præſcripſit. Liturgiam iſtam a Marco inſtitutam in quotidiano, ac perpetuo Eccleſiarum Ægypti miniſterio uſurpatam Græcè ac Latine primum edidit Luteiæ ann. 1583. Johannes a S. Andrea Canonicus meritiſſimus Eccleſiæ Pariſienſis. Exemplum, quo ad editionem uſus eſt, habuerat ab eruditiſſimo Cardinali Guillelmo Sirleto, qui illud deſcribi curaverat, ex Codice reperto in B. Mariæ Ὀδηγητρίας, quæ vulgo dicitur *de lo Patire*; antiquiſſimo in Calabria Monachorum S. Baſilii Monaſterio. Eundem ipſum Codicem bonæ notæ & integrum cl. Euſeb. Renaudot cum Romæ eſſet ann. 1701. vidit, & percurrit, in domo ejuſdem Ordinis Religioſorum, ad quam cum multis aliis venerandæ antiquitatis Codicibus translatum eſt e Calabria, atque ita ab interitu vindicatum; iſtumque ſibi optimum viſum, integerrimum, & annorum circiter ſexcentorum ſcribit idem Renaudot.

Hanc Liturgiam, antequam per Dioſcorum Eccleſia Alexandrina duas in partes divideretur, quæ huc uſque nullam inter ſe habent communionem (cum utraque pars proprium agnoſcat caput ab alio independens, ſunt enim duo Patriarchæ Alexandrini, quorum unus Coptitis, alter iis Alexandrinis, qui Græcanicum Ritum, & fidem ſectati ſunt, præeſt) ſcriptam fuiſſe communis Doctorum Sententia tenet; Itaque, appoſite Renaudot pag. xxxv. quod Syris, ita, & Ægyptiis uſu venit, ut hæretici Sacramentalia officia foras exportarent, non ut Orthodoxi quidquam ab aliis acciperent, quod neque ſinebat hæreſis odium, neque locum apud iſtos habere poterat; nam Eccleſia quondam florentiſſima, Euchariſticis orationibus, & reli-

reliquis ad Sacerdotii functionem legibus & inſtitutis abunde inſtructa, quidquam ab aliis doceri opus non habebat. Eadem poſt aliquot ſæcula apud partem Orthodoxam, & Jacobiticam obſervatur ſacrorum forma, quamvis in diverſa lingua, cum Jacobitæ Coptica prope ubique ſola, & qui antiquum Ægyptiacum Ritum Catholici modo, vel olim profeſſi ſunt Orthodoxi, præcipue, qui in Alexandrina Civitate, aliiſque maritimis locis, in quibus Græcum eloquium vulgare erat, Græca uterentur; Sed cum Alexandrini Orthodoxi fere omnes Conſtantinopolitano Græcanico Schiſmate ab Eccleſiæ Catholicæ communione avulſi, & Græcorum erroribus infecti fuiſſent, priſtinam Ritualem diſciplinam, & Liturgiam abjecerunt, & ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ mores, ac ritus ſua ſacramentalia officia, ac Liturgica omnia miniſteria exegerunt; idque contigit ſæculo circiter XII. Conſultus namque Theodorus Balſamon a Marco Alexandrino Patriarcha, an recipiendæ eſſent a Sancta & Catholica Dei Eccleſia, quæ in partibus Alexandriæ, & Hieroſolymorum leguntur Liturgiæ & conſcriptæ dicuntur fuiſſe a ſanctis Apoſtolis Jacobo fratre Domini, & Marco; Negativam dedit reſponſionem Balſamon; cujus reſponſum Pſeudocritici urgent, ut Liturgiam S. Marco abjudicent, eamque nullius auctoritatis eſſe oſtendant; contendit namque Balſamon Liturgiam S. Marci, & Jacobi licet *ab iis factæ ſint*, ab omni uſu vacare debere: primo, quod Apoſtolus mandet ne ſint in nobis Schiſmata, & unum dicamus omnes; 2. quod neque Scriptura, aut ſacri Canones de Liturgia a Marco ſcripta quidquam tradiderint. 3. quod Conſtantinopolitana Eccleſia illam non recipiat, cujus Liturgiam a SS. Johanne Chryſoſthomo, & Baſilio traditam omnes Eccleſiæ Dei ſequi debeant.

Verum Etſi hæc argumenta Marco Alexandrino, ejuſque ſucceſſoribus ſuaſerint, ut Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Li-

turgiam ſuſciperent, ſi quidem hujus communionem voluiſſent, & ab eo forte tempore Marci Liturgia in deſuetudinem abjerit, illa tamen falſa & inania eſſe nullo negocio deprehendet quiſquis animum advertat, rituum ac orationum diverſitatem innocentem, ſchiſmata aut doctrinas novas in religionem non inducere: puerilem errorem dudum SS. Patres confutarunt, & omnium Eccleſiarum conſuetudo ſatis refellit.

Scire autem debebat Balſamon Liturgiam S. Marci in Alexandrina diæceſi Locum habuiſſe antiquitus, quod originis Apoſtolicæ certiſſimum eſt argumentum; ſed ille àbiit in alia omnia, nempe probavit Jacobi, & Marci Liturgias, non eſſe in Sacrarum Scripturarum canone: neminem vero hucuſque ſcimus adeo deſipuiſſe, ut tale quid exſiſtimaret. Nam ſi præſcripta in aliquo libro, qui ſcripturæ authoritatem haberet, Euchariſtiæ celebrandæ forma reperiretur, eam ſequi neceſſe foret, neque variæ fuiſſent, jam a primis Eccleſiae Sæculis, ſacrorum officiorum formulæ, & orationes, quarum tamen diſcrimine, numquam Unitas Eccleſiae, vel leviter turbata eſt. Falſa igitur & inanis illa ratio eſt, quae non modo Marci & Jacobi Liturgias, ſed Baſilii & Chryſoſtomi non minus evertit, ſi valeret. Quid enim, an ante Baſilium & Chryſoſtomum Liturgia non erat? Quo etiam jure legem illi ſacrorum reliquis Eccleſiis, quæ ad ſe non attinebant, conſtituiſſent, cum de duabus illis, quas ſolas Eccleſiae Conſtantinopolitanæ exemplo uſurpari debere contendit, neque Canon ullus exſtet, neque perpetuus aliarum de illis ad altaria ſolis adhibendis conſenſus reperiatur. Quod autem ex Baſilicis adducit, ubi lex ſcripta non eſt, ibi ſequendum morem Romae, id ad jus civile ſpectat, non ad Eccleſiaſticum: ſed etiam de vera Roma dictum eſt, non de nova ſeu Conſtantinopoli. Sane Recentiorum Patriarcharum Conſtantinopolitanorum ſummum jus, vel ſumma potius injuria, ſeu Tyrannis fecit, ut quidquid ubique

que diſciplinæ Veteris fuit, in ritibus longo multorum ſæcu-
lorum uſu confirmatis, abolitum voluerunt, ut ſui recipe-
rentur.

Itaque ex Balſamonis, iniquo cæteroquin, Judicio, non evincitur quod Liturgia falſo fuerit tributa S. Marco: id autem ab Intemperatioribus Criticis factum novimus, qui lapidem nullum immotum reliquere, ut falſam planeque ſuppoſititiam Liturgiam propugnarent, ut nihil dicam de Ariano Sandio qui in caſſo illo ſuo *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nucleo* maximum quiddam reperiſſe ſe arbitratus eſt, dum Marci Apoſtoli Liturgiæ authorem, non Evangeliſtam, ſed præſtigiatorem, de quo Iræneus, & Epiphanius loquuntur, judicavit. Neque ſane eſt cur ad hæc monſtra opinionum ſtupeant, in quas facili negocio devoluuntur qui traditionem contemnunt, quique, quam in expendendis Antiquorum Autorum operibus regulam commode ſapienterque adhibere ſolent Theologi, ut ex notis temporum, & aliis non obſcuris indiciis, doctrinæ ſimilitudine, morum, locorum & aliarum rerum comparatione ſtatuatur, an cui attribuantur, conveniant, de νοθείᾳ aut αὐθεντίᾳ judicatur, eam ad officia ſacra temere omnino adhibuerunt, quorum alia omnino ac privatorum ſcriptorum ratio eſt. Nam ex quorundam nominum in Diptychis additione, ex vocibus, quas poſteriorum Conciliorum decreta ſanxerunt, & aliis notis, quæ ſuppoſitionis, & corruptelæ argumenta Criticis firmiſſima judicata ſunt, contrarium omnino efficitur. Hinc ſcilicet manifeſto demonſtratur, Liturgiam hanc in quotidiano Eccleſiarum miniſterio uſurpatam fuiſſe, quo major omnino, quam ex auctoris cujuſcumque dignitate, illi comparatur authoritas. S.Marci Liturgiam perfeciſſe dicitur Cyrillus Alexandrinus celeberrimus, quamobrem Ægyptii Liturgiam Cyrilli vocant eam, quæ Marco adjudicatur, utramque autem unum eundemque auctorem habere patet ex collatione, niſi quod

Digitized by Google

varietas quædam occurrat, quæ Ritualem diſciplinam, atque Liturgicas formulas ſapit; nam ut paſſim monuimus, formulæ Rituales, cum in quotidiano ſint Eccleſiarum miniſterio, additionibus & varietatibus obnoxiæ ſunt; & Pontifices, atque Concilia antiquas cenſuerunt perficere formulas, illiſque quædam addere, vel ab eis nonnulla demere.

Hanc Liturgiam ex Miſſali Coptitarum Romæ Arabice, & Copticè vulgato typis S. Congregationis de Propaganda Fide, Latine tantum publicavimus, quemadmodum & alias, quas in Appendice exhibemus, idque a nobis factum eſt, ut temporis anguſtiæ ſerviremus, & ne moles tomi nimium excreſceret. Eandem jam publicaverat Renaudotius Tomo 1. Liturgiarum Orientis, qui diſſertationibus præviis, & commentariis eruditis has Liturgias illuſtrare conatur.

Extabat in nonnullis forte Codicibus Copticis Liturgia S. Marci, aſt illa ab Ægyptiacis Scriptoribus cum interpolata dicatur ex ea Cyrilli, merito rejicitur. Liturgia S. Marco Evangeliſtæ tributa legitur in Miſſalibus Libris Syrorum Maronitarum, & Jacobitarum, quam latine vulgavit Renaudot tom.2. Nos autem Syriaco-Latine illam in altera parte publicamus, & quidem ex Miſſali Syriaco vulgato. Romanæ editionis hujuſce Miſſalis in hac, ut & reliquis Liturgiis interpolatio multiplex accidiſſe videtur Renaudotio, a Maronitarum, & Cenſorum obſcurorum manibus; Cæterum ſi unam alteramve mutationem factam in canone excipias, ubi Chriſti verba proferuntur, & ubi Spiritus Sanctus invocatur, nulla mutatio ſubſtantialis occurrit, illæ autem mutationes factæ ſunt conſilio opportuno tempori, ac perſonis: ne autem conqueratur, hoc loco priſtinas lectiones Latine exhibemus, itaque poſt orationem inclinationis, Sacerdos ſe erigens attollit vocem, ac dicit „ *Cum ergo ad Paſſionem noſtri cauſſa veniſſet in carne, per gratiam ſuam; ipſe in quo peccatum non inventum eſt, accepit panem in manus*

ſuas

ſuas ſanctas, & aſpexit in cælum, & gratias egit ✝ & benedixit ✝ & ſanctificavit, ✝ & fregit, & dixit Diſcipulis ſuis. Hoc eſt corpus meum; accipite, manducate ad remiſſionem peccatorum veſtrorum, & omnium fidelium verorum, & ad vitam æternam. Populus. Amen. *Sacerdos,, Similiter & calicem vino, & aqua miſcens ✝ benedixit ✝ & ſanctificavit ✝. Deditque Diſcipulis ſuis, & dixit. Hic eſt ſanguis meus Teſtamenti novi, accipite, bibite ex eo omnes ad remiſſionem &c.,,*

Item: *Sacerdos,, Ut benedicens, & ſanctificans, Corpus Chriſti perficiat panem iſtum. Populus.* Amen. *Sacerdos,, Et Calicem hunc Sanguinem Chriſti Dei noſtri.*

Jam autem nemo non videt lectiones haſce non multum diſſimiles eſse ab iis, quæ in Chaldaico Maronitarum Miſsali continentur, illud autem obſervandum exſiſtimo multa a nobis omiſsa eſse, quod ex Antiocheno Syrorum Miſsali petenda ſint, vide ſi placet tomum V. Codicis Liturgici, ex quo facile, quæ deſunt ſupplere poteris; quemadmodum & expoſitionem Johannis Maronis ibidem vulgatam, quæ facem præbebit ad Orientalium Rituum intelligentiam. Cyrillo Alexandrino Liturgiam adtribuunt Syri plerique, ſed eam nos Cyrillo Hieroſolymitano reſtituendam cum opinati fuiſſemus, vulgavimus Syriace & Latine in V. tomo Codicis noſtri Liturgici.

Sed jam de S. Baſilii Liturgia verba faciamus; S. Baſilium Liturgiam ſcripſiſſe conſtans videtur omnium Orientis Eccleſiarum traditio in publicis tabulis expreſſa; Alexandrini etenim, Conſtantinopolitani, & Antiocheni Liturgiam habent, quam S. Baſilio adtribuunt. Græcam ex Euſebio Renaudot Græce & Latine in priore parte dedimus, uti & Latine tantum Syriacam ex verſione Andreæ Maſii in appendicem rejecimus; Copticam autem Aegyptiis familiarem Coptice & Latine in altera parte dedimus; Rubricas vero ex Arabicis textibus Latine tantum publicavimus, quoniam illæ & recentiores

ſunt,

ſunt, & ex Scriptorum Eccleſiaſticorum Coptitarum commentariis Ritualibus, atque Canonum Sanctionibus collectæ in Miſſalis textu diſpoſitæ fuere. Unicam tantum orationem Arabice, & Latine dedimus pag. 82. partis 2. quod textum Copticum deſideremus; atque hic obiter notandum velim, 1. quod Copticæ Liturgiæ ex Græcis ſint expreſſæ, & ab antiquis temporibus in Copticam linguam converſæ, quo ii Ægyptii, qui Græcam linguam neſciebant, Coptice ſacra facerent. 2. Adjunctam eſſe e regione Arabicam verſionem, ex quo Arabica vulgaris in Ægypto eſſe cæpit, & Coptica a vulgo intelligi amplius non potuit, idque eo conſilio factum eſt, non ut lingua Arabica miſſam celebrarent Sacerdotes, ſed ut intelligerent, quæ in Miſſa Coptica lingua dicunt, ſolent enim Sacerdotes hujus linguæ eſſe ignari. Sed quoniam de lingua Coptica alibi pertractabimus, hinc ad alia, quæ prodeunt in hoc tomo, digredior.

Altera Miſsa Alexandrinis celeberrima eſt, quæ S. Gregorio Nazianzeno tributa legitur, quem Theologum Orientales vocant: hanc Græce & Latine ex fide Renaudotii in priore parte exhibemus, Latine tantum ex Miſsali Coptitarum in appendice damus; quemadmodum & illam, quæ in Syrorum Miſſali legitur, Latine converſam adnexuimus; Hanc Liturgiam uti, & illam Baſilii apud Ægyptios Orthodoxos in uſu olim haud quaquam fuiſse exiſtimat Renaudotius, quod Marcus Alexandrinus Balſamonem interrogans, earum non meminerit, & quædam expreſſiones in illis occurrant, quæ hæreſim monophyſiticam ſapere videantur. Verum argumenta infirma mihi videntur, enim vero Marcus Patriarcha interrogabat de Liturgiis, quæ Apoſtolis & Apoſtolicis viris tribuebantur, non de iis, quæ aliis auctoribus inſcribebantur; ad hæc nomine Liturgiæ Marci videtur intellexiſse Alexandrinus Antiſtes omnes, quæ ad Ritum Alexandrinum a S. Marco inſtitutum, erant exa-

ctæ,

Digitized by Google

ctæ, quæ cum plures olim recenſerentur, ad tres redactæ fuere, atque tres iſtæ ſolemnes habitæ ſunt in Eccleſia Alexandrina, ſicut & modo habentur, quemadmodum ex ipſo Renaudotio conſtat, qui pag. 170. & 171. variis argumentis id demonſtrat. XII. fuiſſe olim indicat Auctor ſcientiæ Eccleſiaſticæ cap. 85. quæ multiplicitas, ni conjectura me fallat, oriebatur ex Liturgiis Syrorum Jacobitarum, quas iſti Alexandrinis Patribus tribuebant, quaſque ab Ægyptiis monophyſitis quibuſcum in Divinis communicabant, uſurpatas, & ad Alexandrinum Ritum adcommodatas ſuſpicor fuiſſe, & certe plures Gabriel filius Tarich Patriarcha Alexandrinus Lxx. in conſtitutionibus Synodicis memorat, ubi de iiſdem ita loquitur. „

Pervenit ad Mediocritatem noſtram eſſe nonnullos ex Provinciis Sahid, ſive Thebaidis, qui Liturgias celebrent, de quibus controvertitur, diverſaſque a tribus notis, nempe Liturgia S. Baſilii, & duabus aliis S. Gregorii, & S. Cyrilli. Prohibitum eſt autem a nobis ſub excommunicationis pœna, ne quiſquam ita faciat, donec ad cellam Patriarchalem venerit, & Liturgiæ, quas habet, examinatæ fuerint „ Unde & Abulbircat operis ſui cap. 9. Scribit apud Renaudot. pag. 171. „ *Statutum eſt in Eccleſia Coptica tres Liturgias uſurpari. Una eſt, quæ per omnes jejunii dies, & alios extra jejunium uſurpatur, ſcilicet Liturgia S. Baſilii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ. Secunda, quam Ægyptii conſueverunt uſurpare tantum per quadrageſimale jejunium, & menſem Cohiac eſt Liturgia Marci, quam Cyrillus perfecit. Tertia propria eſt dierum feſtorum divinorum & lætitiæ, quæ eſt Liturgia S. Gregorii.* „

Sed quia poſſet reponi Scriptores Laudatos Aegyptios loqui de Copticis Liturgiis, quæ uſui erant Aegyptiis Monophyſitis ſeu Coptitis, non autem de Græcis, quæ apud Ægyptios Orthodoxos uſurparentur; hinc & illud adjungam, quod Ægyptii Monophiſitæ Græco ſermone divinam rem non agebant,

bant, uti ait Renaudot. pag. XII. in Diſſertat. tom. I. præfixa; & tamen in Codice Regio notato num. 3023. exſtat utraque Liturgia S. Baſilii nempe, & S. Gregorii Græce, & Arabice uti pag. XCVII. idem Renaudot. oculatus teſtis adfirmat. Hunc Codicem ex illorum numero eſſe ſcribit, quos Johannes Michael Wanslebius a viro ſummo Johanne Baptiſta Colberto cum mandatis Chriſtianiſſimi Regis in orientem miſſus, ad Regiæ Bibliothecæ augmentum comparavit; Subſequenti autem pagina §. 30. Subdit; exhibet quippe (Codex ex quo ambas has Græcas Liturgias edidit Renaudotius, & nos ex ejus fide) veterem ſacrificii formam, quæ in Eccleſia Alexandrina uſurpabatur, ante Arabum Tyrannidem, cujus quidem formæ partes aliquas Marci Liturgia Græca ſubminiſtrabat, ſed ſupererat ingens difficultas.

Quod autem ad expreſſiones pertinet, quæ unitatem naturae Chriſti ſonare videntur, maxime in confeſſionibus, quæ pronunciantur ante receptionem Euchariſtiæ, ubi Caro Chriſti dicitur facta una cum divinitate, illæ ſane ſuſpectæ ſunt, & videntur Monophyſiticæ ſectæ propriæ notæ, ſed cum Chriſtum fateantur Conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem; Conſubſtantialem nobis Secundum humanitatem, uti paſſim formulæ Liturgicæ habent, hinc illæ ad Unitatem Perſonæ referendæ videntur; quod ſi quis contendat in ore Ægyptiorum ſaltem poſt Dioſcori hæreſim, illas expreſſiones nonniſi Monophyſiticam redolere Sectam, per me tranſeat, aſt inde non conficitur, quod Orthodoxi, ſi qui fuerunt Ægyptii, iis Liturgiis uſi numquam fuerint; poterant enim vel illas Liturgias adhibere ſine talibus expreſſionibus, vel cum illis in Catholico ſenſu acceptis, bene vero an male geſſerint, aliorum eſto judicium. Atque hæc de Liturgiis ſatis præfatus ſum, quæ enim ab eruditis viris deſiderantur, illa cum ab aliis uberrime fuerint pertractata, puta a Cl. Euſebio Renaudot.; vel alibi a no-

Digitized by Google

a nobis pertractanda ſint, in Codice nempe Liturgico, ubi Sacras Ægyptiorum ordinationes referimus & in aliis Codicis Libris, in quibus Ægyptiorum ſacra, & Synaxaria, Deo auſpice, vulgabimus, aut ad noſtrum inſtitutum non pertineant, cum hiſtorias & antiquitates reſpiciant, idcirco miſſa facimus, ſatiſque nobis viſum eſt, ſi Liturgias Alexandrinas, vel Alexandrinis Antiſtibus tributas in hoc tomo comprehenderemus, quæ licet ad Ritum Syrorum ſint exactæ, attamen olim videntur fuiſſe in uſu apud Ægyptios, ſive iſti a Syris illas mutuaverint, ſive è contrario Syri eas ab Ægyptiis acceperint, illud ſane conſtat eas amplius apud Ægyptios non exſtare, quod Patriarcharum hujus Nationis auctoritas fecit, qui cæteras abrogarunt, uti ſuperius dixi, & ſolas tres notas frequentari voluerunt. Rubricas autem, & Cæremoniales diſciplinas exacte repræſentavimus; & Textus quidem exhibuimus Latine, Græce, Coptice, atque Syriace. Adjunxi diſſertationem de Therapeutis, quod cenſuerim eamconducere ad Alexandrinæ Eccleſiæ originem cognoſcendam.

Ut autem Lectores, quos precor errata mea, & Typographorum corrigant defectus ſuppleant, meque excuſatum habeant, ſi plene votis eorum non obſecundarim, cum multis diſtentus curis hunc Tomum ediderim, moneantque, ut alibi ſaltem votis ipſorum reſpondeam, unico veluti obtutu ea omnia, quæ in hoc Tomo continentur perſpecta habeant, Indicem præponam.

Pote-

Digitized by Google

Poterit imprimi, ſi iis ita videbitur, ad quos pertinet.

Nicolaus Maria de Vecchis Rector Deputatus.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patr. Conſtantinop. Viceſg.

ADPROBATIONES.

De *Miſſali Alexandrino, ſeu Septimo Volumine* Codicis Liturgici Clariſs. Viri Joſephi Aloyſii Aſſemani, *quod juxta injunctum nobis a Reverendiſſimo P. Fr. Auguſtino Orſi Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro munus diligenter verſavimus, illud idem ut repetamus æquitatis poſtulant leges, quod de præcedenti ſexto diximus: nil obſtare videlicet quominus ad communem Studioſorum hominum utilitatem, publicam emittatur in lucem: maxime ſi quæ aut de Dioſcoro Alexandrino, qui* Sanctus *in eo ſubinde appellatur, occurrunt; aut quæ Monophyſitarum ſapiunt hæreſim ad illas gentes referantur, quæ hiſce Liturgicis libris, quibus noſtrum hocce Volumen conſtat, ſuis in ſacris uſæ ſunt, qua de re plura dat* Aſſemanus *ipſe in Præfatione ad Lectorem Tom. I. præfixa.*

Datum Romæ in Ædibus S. Andreæ de Valle III. *Nonas Junias, Ann. MDCCLIV.*

Antonius Franciſcus Vezzoſi C. R. in Archigymnaſio Romano pub. Hiſt. Eccl. Profeſſor.

Silverius Orbini in eodem Archigymnaſio J. U. Profeſſor pub.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apoſt. Mag. Ord. Præd.

MIS-

Digitized by Google

INDEX.

MISSALE

ECCLESIAE ALEXANDRINAE

PARS PRIMA.

Divina Liturgia, ſeu Miſſa, Sancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Marci, Diſcipuli ſancti Petri. pag. 1
Liturgia S. Baſilii, deeſt nonnihil. 45
Divina Liturgia Sancti Patris noſtri Gregorii. 87

APPENDIX.

In qua exhibetur Anaphora Sancti Gregorii ex Miſſali Libro Coptitarum Latine converſa. 134
Initium Anaphoræ Sancti Marci Apoſtoli, quam collegit, & ordinavit Beatiſſimus Sanctus Cyrillus. 157

ANAPHORA.

Sancti Gregorii Theologi ex Mſs. Codicibus Syriacis Nitrienſibus Vaticanis III. & IV. nunc primo latine prodit. 185
Anaphora Dioſcori Archiepiſcopi Alexandriæ. 199
Liturgia Sancti Baſilii ex Verſione Andreæ Maſii. 212
Diſſertatio de Therapeutis. 230

Digitized by Google

PARS SECUNDA.

INitium Sancti Euchologii in nomine Dei: Initium Conſacrationis Anaphoræ S.P.N. Baſilii Magni Archiepiſcopis Cæſareæ Cappadociæ. pag. 1

Anaphora Sancti Baſilii ad Patrem. 47

Anaphora Sancti Marci Prædicatoris & Evangeliſtæ. 91

Digitized by Google

MISSALE
ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ:
PARS PRIMA.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ

τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ εὐαγγελίστου Μάρκου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ Διάκονος. Προσεύξασθε.

Ὁ Λαός. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ δὲ Ἱερεὺς εὔχεται.

Εὐχαριστοῦμέν σοι καὶ ὑπερευχαριστοῦμεν κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, ὅτι ἐσκέπασας, ἐβοήθησας, ἀντελάβου, καὶ παρήγαγες ἡμᾶς τὸν παρελθόντα χρόνον τῆς ζωῆς

DIVINA LITURGIA,

SEU MISSA,

SANCTI APOSTOLI & Evangeliſtæ Marci, Diſcipuli ſancti Petri.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus. Orate.

Populus. Kyrie eleiſon. Kirie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sacerdos ſic orat.

Gratias agimus tibi, & plus quam gratias agimus, Domine Deus noſter, Pater Domini, & Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti propter omnia, & per omnia, & in omnibus: quia protexiſti, adjuviſti, foviſti, & deduxiſti nos anteactæ noſtræ vitæ tempore, & adduxiſti nos ad hanc uſque horam, dignatus

denuo ſiſtere coram te in loco ſancto tuo: remiſſionem petens peccatorum noſtrorum, & propitiationem omni populo tuo. Certe precamur & obſecramus te, humani generis amator, bone, da nobis ut ſanctum hunc diem, totumque vitæ noſtræ tempus ſine peccato tranſigamus cum omni gaudio, ſanitate, ſalute, & omni ſanctificatione, & timore tuo. Omnem autem invidiam, omnem metum, omnem tentationem, omnem Satanicam operationem, omnes improborum hominum inſidias repelle a nobis, o Deus, & a ſancta tua Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Tu nobis ea largire, quæ honeſta & utilia ſunt; ſi quid peccavimus in verbo, vel opere, vel cogitatione, tu tanquam bonus, & humani generis amator non animadvertere digneris, neque deſeras nos, o Deus, ſperantes in te, neque inducas nos in tentationem, ſed libera nos a malo, & ab omnibus operibus ejus: gratia & commiſeratione, & benignitate unigeniti Filii tui, *Elata voce*. Per quem, & cum quo tibi gloria & imperium in ſanctiſ-

ἡμῶν, καὶ ἤγαγες ἡμᾶς ἕως τῆς ὥρας ταύτης, ἀξιώσας πάλιν παρεστῆναι ἐνώπιόν σου ἐν τόπῳ ἁγίῳ σου ἄφεσιν αἰτοῦντες τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλασμὸν παντὶ τῷ λαῷ σου. Καὶ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, δὸς ἡμῖν τὴν ἁγίαν ἡμέραν ταύτην, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιτελέσαι ἀναμαρτήτως, μετὰ πάσης χαρᾶς, ὑγείας, σωτηρίας, καὶ παντὸς ἁγιασμοῦ, καὶ τοῦ σοῦ φόβου. Πάντα δὲ φθόνον, πάντα φόβον, πάντα πειρασμόν, πᾶσαν σατανικὴν ἐνέργειαν, πᾶσαν πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν ἐκδίωξον ἀφ' ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα ἡμῖν ἐπιχορήγησον. εἴ τι σοι ἡμάρτομεν ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, σὺ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος παριδεῖν καταξίωσον, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐλπίζοντας ἐπί σοι, μηδὲ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ,

Digitized by Google

αὐτοῦ, χάριτι καὶ οἰκτιρμῷ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, Ἐκφώνως. Δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἐν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ctiſſimo, & bono, & vivifico Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.
Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.
Ὁ Διάκονος. Προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ βασιλέως.
Ὁ Λ ός. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον.

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.
Diaconus. Orate pro Rege.

Populus. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἐπεύχεται.

ΔΕσποτα κύριε ὁ θεός, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε, τὸν βασιλέα ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διαφύλαξον. Καθυπόταξον αὐτῷ ὁ θεὸς πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. Δὸς αὐτῷ ὁ θεὸς νίκας, εἰρηνικὰ φρονεῖν ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἵνα καὶ ἡμεῖς

Sacerdos autem orat.

DOminator, Domine, Deus, Pater Domini, & Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, precamur & obſecramus te, ut Regem noſtrum in pace ac fortitudine, juſtitiaque conſerves. Subjicito ei, o Deus, omnem inimicum & adverſarium: apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium ejus. Da ei, o Deus, victorias, ut animum ad ea intendat, quæ nobis pacifica ſunt, & ad nomen ſanctum tuum: ut & nos in tranquil-

quillitate dierum ejus quietam & tranquillam vitam degamus, in omni pietate & honeſtate, gratia & commiſerationibus, & benignitate unigeniti Filii tui. *Elata voce*; Per quem & cum quo tibi gloria & imperium, cum ſanctiſſimo & bono, & vivifico Spiritu tuo, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus. Orate pro papa & Epiſcopo.

Populus. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sacerdos.

DOminator Domine, Deus, omnipotens, Pater Domini, & Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, precamur & obſecramus te, humani generis amator, bone, ut ſanctiſſimum & beatiſſimum Pontificem noſtrum Papam N. & Reverendiſſimum Epiſcopum N. conſerves. Conſerva nobis eos annis multis pacifice, perfungentes ſancto ſacerdotio a te ipſis concre-

ἡμεῖς ἐν τῇ γαληνότητι τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. Ἐκφώνως. Δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο Λαός. Ἀμήν.

Ο Ἱερεὺς Εἰρήνη πᾶσιν.

Ο Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο Διάκονος. Προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ Πάπα καὶ ἐπισκόπου.

Ο Λαὸς Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον.

Ο Ἱερεύς.

ΔΕ'σποτα κύριε ὁ θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιερέα ἡμῶν Παπαν Δ'. καὶ τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον. Δ. συντηρεῖν. Συντήρησον ἡμῖν αὐτοὺς ἔτεσι πολλοῖς εἰρηνικῶς, ἐκτελοῦντας τὴν ὑπό σου ἐμπεπιστευ-

Digitized by Google

στευμένων ἁγίαν ἀρχιερωσύνην, κατὰ τὸ ἅγιον καὶ μακάριόν σου θέλημα, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, σὺν πᾶσιν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ὑποδιακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις τε καὶ λαϊκοῖς, σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καὶ μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας, εἰρήνην καὶ ὑγείαν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς χαριζόμενος. Τὰς δὲ εὐχὰς αὐτῶν, ἃς ποιοῦσιν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτῶν, πρόσδεξαι κύριε, εἰς τὸ ἅγιον, καὶ ἐπουράνιον, καὶ λογικόν σου θυσιαστήριον. Πάντα δὲ ἐχθρὸν τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας καθυπόταξον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. Ἐκφώνως. δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ, σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

credito, ſecundum ſanctam & beatam voluntatem tuam, verbum veritatis recte diſpenſantes, cum omnibus Orthodoxis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, & laicis, cum omni plenitudine ſanctæ & ſolius univerſalis Eccleſiæ, pacem & ſanitatem & ſalutem eis largiens. Preces autem eorum, quas pro nobis offerunt, & nos pro ipſis, admitte, Domine, ad ſanctum & Cœleſte, rationaleque altare tuum. Omnem autem adverſarium ſanctæ tuæ Eccleſiæ pedibus eorum cito ſubjice. Gratia & miſerationibus & benignitate unigeniti Filii tui, *Elata voce*, Per quem & cum quo tibi gloria & imperium, cum ſanctiſſimo, & bono & vivifico Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.
Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.

Digitized by Google

Diaconus. Ad orationem ſtate.

Populus. Kyrie eleiſon. *ter.*

Sacerdos ſubjungit orationem Introitus, & ad incenſum.

DOminator Domine Deus noſter, qui duodena luce lucentem lampadem duodecim Apoſtolorum elegiſti, & eos in univerſum mundum miſiſti, ut prædicarent & docerent Evangelium regni tui, & curarent omnem morbum & infirmitatem in populo & inſufflaſti in facies eorum, & dixiſti eis, Accipite Spiritum ſanctum paracletum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta ſunt: ita & * in nos inſuffla circumaſſiſtentes ſervos tuos in introitu ſacri miniſterij, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, Cantores, & Laicos, cum omni plenitudine ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Libera nos, Domine, ab execratione, & maledictione, & ab anathemate, & vinculo, & excommunicatione, & a parte adverſarii, & purga labia noſtra & cor no-

Ὁ Διάκονος. Ἐπὶ προσευχὴν στάθητε.

Ὁ Λαός. Κύριε ἐλέησον. τρίς.

Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἐπεύχεται εὐχὴν τῆς εἰσόδου καὶ εἰς τὸ θυμίαμα.

ΔΕ'σποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν δωδεκάφωτον λαμπάδα τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐκλεξάμενος, καὶ ἐξαποστείλας αὐτοὺς, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ κηρύξαι, καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἐμφυσήσας εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ εἰπὼν αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, τὸ παράκλητον: ἄν τινων ἀφίετε τὰς ἁμαρτίας ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατεῖτε, κεκράτηνται. οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς παρεστηκότας δούλους σου, ἐν τῇ εἰσόδῳ τῆς ἱερουργίας, τοὺς * τοῖς ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις τε καὶ λαικοῖς σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ῥῦσαι ἡμᾶς κύριε ἀπὸ ἀρᾶς καὶ καθάρας, καὶ ἀπὸ ἀναθέματος, καὶ δεσμοῦ, καὶ

καὶ ἀφορισμοῦ. καὶ ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἀντικειμένου καὶ καθάρισον ἡμῶν τὰ χείλη καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ ἀπὸ πάσης ῥαδιουργίας· ἵνα ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ συνειδότι προσφέρωμέν σοι τὸ θυμίαμα τοῦτο, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ. Εκφώνως. Δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ, σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

O Λαός. Αμήν.

O Διάκονος. Ορθοί.

Καὶ ψάλλουσιν τὸ Μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος.

Καὶ γίνεται ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου, καὶ λέγει ὁ Διάκονος. Επὶ προσευχήν.

O Ιερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

O Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

O Διάκονος. Επὶ προσευχήν.

O Λαός. Κύριε ἐλέησον.

O Ιε-

noſtrum ab omni inquinamento; & ab omni nequitia: Ut in corde puro & pura conſcientia tibi hoc incenſum offeramus, in odorem ſuavitatis, & in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & totius populi tui. Gratia, & commiſerationibus, & benignitate, unigeniti Filii tui, *Elata voce*, per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum ſanctiſſimo & bono, & vivifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Diaconus. Recti

Et pſallunt Unigenitus Filius & Verbum.

Fitque introitus Evangelii, & dicit Diaconus. Ad orationem.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus. Ad orationem.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos dicit orationem triſagii.

DOminator Domine, Jeſu Chriſte, Verbum coæternum principio carentis Patris, qui nobis ſimilis per omnia factus es, excepto peccato, ad generis noſtri ſalutem: qui ſanctos tuos diſcipulos & Apoſtolos miſiſti ut prædicarent & docerent Evangelium regni tui, & mederentur omni morbo, & omni infirmitati in populo tuo; ipſe nunc quoque, Domine, emitte lucem tuam & veritatem tuam, & illumina oculos mentis, ut intelligamus ſermones tuos divinos: fac ut idonei eorum auditores ſimus: & non ſolum auditores, verum etiam actores verbi fiamus: ut fructificemus, & bonos fructus producamus, a tricenis ad centenos, ut regni cœlorum digni habeamur. *Elata voce*. Et cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, Domine. *Elata voce*, Tu enim es evangeliſmus, ſeu boni Annunciatio, ſervator, & cuſtos animarum & corporum noſtrorum, Domine Deus, & tibi gloriam & gratiarum actionem, & triſagium hymnum offerimus, Pa-

Ὁ Ἱερεὺς εὔχεται εὐχὴν τοῦ τρισαγίου.

ΔΕ'σποτα κύριε, Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ συναΐδιος λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν. ὁ ἐξαποστείλας τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ ἀποστόλους κηρύξαι καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ σου, αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειαν σου καὶ καταύγασον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, εἰς κατανόησιν τῶν θείων σου λογίων καὶ ἱκάνωσον ἡμᾶς ἀκροατὰς αὐτῶν γενέσθαι καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς λόγου, γενόμενοι εἰς τὸ καρποφορῆσαι, καὶ ποιῆσαι καρποὺς ἀγαθοὺς, ἀνὰ τριάκοντα καὶ ἐν ἑκατὸν, ὅπως καταξιωθῶμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἐκφώνως. Καὶ ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε. Ἐκφώνως. Σὺ γὰρ εἶ εὐαγγελισμὸς, σωτὴρ, καὶ φύλαξ τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, κύριε

Digitized by Google

κύριε ὁ θεός, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριςίαν, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπεμπομὲν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Patri, & Filio, & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Ο Λαός. Ἀμήν.

Populus. Amen.

Ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος.

Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

Καὶ μετὰ τρισάγιον, σφραγίζει ὁ Ιερεὺς τὸν λαόν, λέγων. Εἰρήνη πᾶσιν.

Triſagio completo populum cruce ſignat Sacerdos dicens: Pax omnibus.

Ο Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Εἶτα, τὸ πρόσχωμεν. ὁ ἀπόςολος, ὁ πρόλογος τοῦ ἀλληλούια. Οἱ διάκονοι κατὰ ῥητὸν λέγουσι. Κύριε εὐλόγησον.

Sequitur. Attenti ſimus. Apoſtolus. Prologus Alleluja. Diaconi ex præſcripto dicunt. Domine benedicito.

Ο Ιερεὺς λέγει. Ο κύριος εὐλογήσῃ καὶ συνδιακονήσῃ ὑμῖν, τῇ αὐτοῦ χάριτι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Sacerdos dicit. Dominus benedicat, & vobiſcum miniſtret, ipſius gratia, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Ο Ιερεὺς πρὸ τοῦ εὐαγγελίου, βάλλει θυμίαμα, λέγων οὕτως.

Sacerdos prius quam Evangelium recitetur: incenſum offert dicens.

Θυμίαμα προσφέρομεν ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὁ θεός, προσδεξάμενος εἰς τὸ ἅγιον, καὶ ὑπερουράνιον, καὶ νοερόν σου θυσιαςή-

Incenſum offerimus coram ſancta gloria tua, quod aſſumas in ſanctum & ſupercœleſte, & intellectuale tuum altare. Viciſſim nobis mitte gratiam ſancti

Digitized by Google

ꝺi tui Spiritus, quia benedictus es: tu quoque gloriam tuam mitte.

Diaconus Evangelium recitaturus dicit. Domine benedicito.

Sacerdos. Dominus benedicat, & fortificet, & auditores nos faciat ſancti ſui Evangelii, qui eſt benedictus Deus, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Diaconus. State recti Audiamus ſanctum Evangelium.

Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et ſpiritui tuo.
Hinc recitat Evangelium Diaconus. Mox Collectæ orationem ſubjungit Sacerdos.

ÆGrotos, Domine, populi tui viſitans in miſericordia & miſerationibus, ſana. Peregre profectos, vel profecturos fratres noſtros, eo quo tendunt, ſingulos deducito. Bonas pluvias mittito, in loca iis opus

ςήριον. Ἀντικατάπεμψον ἡμῖν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ὅτι εὐλογημένος ὑπάρχεις, καὶ σὺ τὴν δόξαν σου ἀνάπεμψον.

Ὁ Διάκονος ὅτε μέλλει ἀπεῖν τὸ εὐαγγέλιον, λέγει. Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ Ἱερεύς. Ὁ κύριος εὐλογήσῃ, καὶ ἐνισχύσῃ, καὶ ἀκροατὰς ἡμᾶς ποιήσῃ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ εὐαγγελίου, ὁ ὢν εὐλογητὸς θεὸς, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁ Διάκονος. Στάθητε, ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.
Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.
Ὁ Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.
Καὶ λέγει τὸ εὐαγγέλιον ὁ Διάκονος, τὴν συναπτὴν, ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται.

ΤΟὺς νοσοῦντας κύριε, τοῦ λαοῦ σου ἐπισκεψάμενος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ἴασαι. Τοὺς ἀποδημήσαντας ἡμῶν ἀδελφοὺς, ἢ μέλλοντας ἀποδημεῖν, ἐν τῷ τόπῳ κατευόδωσον ἕκαστον εἰς τὸ καὶ-

καιρόν. Τοὺς ἀγαθοὺς ὑετοὺς κα-
τάπεμψον ἐπὶ τοὺς χρήζοντας,
καὶ ἐπιδεομένους τόπους. Τὰ ποτά-
μια ὕδατα ἀνάγαγε ἐπὶ τὸ μέτρον
αὐτῶν, κατὰ τὴν σὴν χάριν. Τοὺς
καρποὺς τῆς γῆς αὔξησον εἰς σπέρμα,
καὶ εἰς θερισμόν. Τὴν βασιλείαν τοῦ
δούλου σου, ὃν ἐδικαίασας βασι-
λεύειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν εἰρήνῃ, καὶ
ἀνδρίᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ γαλη-
νότητι διαφύλαξον. Τὴν ταπει-
νὴν, καὶ ἐλεεινὴν καὶ φιλόχρι-
στον πόλιν ταύτην, ῥῦσαι αὐτὴν,
ὁ θεὸς, ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν,
ἀπὸ λιμοῦ, καὶ ἐπιστάσεως ἐθνῶν,
ὡς καὶ Νινευὶ τῆς πόλεως ἐφείσω. ὅτι
ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων εἶ, καὶ ἀμνη-
σίκακος ἐπὶ κακίας ἀνθρώπων. Σὺ
διὰ τοῦ προφήτου σου Ἡσαΐου εἶπας,
ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύ-
της, τοῦ σῶσαι αὐτὴν δι' ἐμὲ, καὶ
διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. Διὸ
δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φι-
λάνθρωπε, ἀγαθὲ, ὑπεράσπισαι
τῆς πόλεως ταύτης, διὰ τὸν μάρτυρα
καὶ εὐαγγελιστὴν Μάρκον, τὸν
ὑποδείξαντα ἡμῖν ὁδὸν τῆς σωτη-
ρίας, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φι-
λαν-

opus habentia & egentia. Flu-
viales aquas ad earum menſu-
ram, tua gratia ſurſum elevato.
Fructus terræ augeto in ſemen
& in meſſem. Regnum ſervi tui,
quem in terra regnare juſtum
cenſuiſti, in pace & fortitudi-
ne, & juſtitia, & tranquillita-
te conſervato. Humilem & mi-
ſerabilem, & Chriſti amantem
civitatem iſtam libera, Deus,
a diebus malis, a fame, peſte,
& gentium incurſione, ut &
Ninivi civitati perpeciſti: quia
miſericors & miſerator es, qui-
que iniquitatum hominum non
recordaris. Tu per Prophetam
tuum Eſaiam dixiſti: Protegam
civitatem iſtam, ut ſalvem eam,
propter me & propter David
ſervum meum. Quare preca-
mur & obſecramus te, humani
generis amator bone, protege
civitatem iſtam propter Marty-
rem tuum & Evangeliſtam
Marcum qui nobis viam ſalutis
demonſtravit, gratia, & miſe-
rationibus, & benignitate uni-
geniti tui Filii. *Elata voce*, per
quem & cum quo tibi gloria &
imperium, cum ſanctiſſimo, &
bono, & vivifico tuo Spiritu.

Digitized by Google

Diaconus. Incipe.

Hinc dicunt verſum. Diaconus dicit τὰς τρεῖς *hoc eſt tres*.

Sacerdos hanc ſubjungit orationem.

DOminator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, precamur & obſecramus te: ut pacem quæ de cœlo eſt, cordibus noſtris infundas, quin & vitæ hujus pacem nobis dones. Sanctiſſimum & beatiſſimum Papam noſtrum N. & reverendiſſimum Epiſcopum noſtrum N. conſervans, conſervato nobis eos multis annis, pacifice fungentes ſancto, quod ipſis concredidiſti, Pontificatu ſecundum ſanctam & beatam voluntatem tuam, recte diſpenſantes verbum veritatis, cum omnibus Orthodoxis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, cum omni plenitudine ſanctæ Ca-

tho-

λανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ.

Ἐκφώνως. Δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ, σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

Ὁ Διάκονος. Ἄρξαι.

Καὶ λέγουσι τὸν στίχον. ὁ Διάκονος λέγει. Τὰς τρεῖς.

Ὁ Ἱερεὺς ἐπεύχεται.

ΔΕ'σποτα κύριε, ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε. τὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰρήνην βράβευσον ταῖς ἁπάντων ἡμῶν καρδίαις ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ βίου τούτου τὴν εἰρήνην ἡμῖν δώρησαι. Τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἡμῶν Πάπαν τὸν Δ. καὶ τὸν ὁσιώτατον ἡμῶν ἐπίσκοπον τὸν Δ. συντηρῶν. συντήρησον ἡμῖν αὐτοὺς ἔτεσι πολλοῖς, εἰρηνικῶς ἐκτελοῦντας τὴν ὑπό σου ἐμπεπιστευμένην ἁγίαν ἀρχιερωσύνην, κατὰ τὸ ἅγιον καὶ μακάριον σου θέλημα, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, σὺν πᾶσιν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις. πρεσβυτέροις, δια-

κόν-

Digitized by Google

κόνοις, ὑποδιακόνοις, ἀναγνώσαις, ψάλταις, σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας, καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Τὰς ἐπισυναγωγὰς ἡμῶν κύριε εὐλόγησον δὸς αὐτὰς ἀκωλύτως καὶ ἀνεμποδίστως γενέσθαι κατὰ τὸ ἅγιόν σου θέλημα. Οἴκους εὐχῶν, οἴκους εὐλογιῶν ἡμῖν τε καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς δούλοις σου εἰς τὸν αἰῶνα δώρησαι.

Ἐξεγέρθητι κύριε καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροί σου. φυγέτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Τὸν δὲ λαόν σου τὸν πιστὸν καὶ ὀρθόδοξον εὐλόγησον ποίησον αὐτὸν εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας καὶ μὴ κατισχύτω θάνατος ἁμαρτίας καθ' ἡμῶν, μηδὲ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. Ἐκφώνως. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

Ὁ Λαός. Ἀμήν.

Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

tholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Congregationibus noſtris, Domine, benedicito: da ut eas libere, citraque impedimentum celebremus pro ſancta tua voluntate. Ædes precibus, ædes eulogiis, ſeu benedictionibus accommoda, & nobis & ſucceſſoribus noſtris ſervis tuis in ſæculum largire.

Exurge, Domine, & diſſipentur inimici tui, fugiant omnes, qui oderunt nomen ſanctum tuum. Populo autem tuo fideli & orthodoxo benedic, multiplica eos in millia & decies millia: nec prevaleat mors peccati contra nos, neque contra omnem populum tuum: gratia & miſerationibus, & benignitate unigeniti Filii tui. *Elata voce*, per quem, & cum quo; tibi gloria & imperium cum ſanctiſſimo, & bono, & vivifico Spiritu tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Ο Λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Diaconus. Videte, ne quis Catechumenorum.

Ο Διάκονος. Βλέπετε μήτις τῶν κατηχουμένων.

Hinc pſallant, Cherubim myſtice.

Καὶ ψάλλουσιν οἱ χερουβὶμ μυστικῶς.

Sacerdos incenſum offert ad introitum & ſic orat.

Ο Ιερεὺς βάλλει θυμίαμα εἰς τὸ Εἰσόδιον καὶ εὔχεται.

DOmine Deus noſter, qui nullis rebus eges, ſuſcipe incenſum hoc, quod tibi ab indigna manu offertur, tuaque benedictione nos omnes dignare. Tu enim es ſanctificatio noſtra, tibique gloriam ſurſum mittimus.

ΚΥριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντων ἀπροσδεὴς, δέξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο, ἐξ ἀναξίου χειρὸς προσφερόμενον, καὶ τῆς παρά σου εὐλογίας πάντας ἡμᾶς ἀξίωσον. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Et ſancta ingrediuntur ad altare, & Sacerdos ſic orat.

Καὶ εἰσέρχονται τὰ ἅγια εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὁ Ιερεὺς εὔχεται οὕτως.

SAncte, ſumme, tremende, qui in ſanctis requieſcis, Domine, ipſe nos ſanctifica, noſque dignare tremendo tuo ſacerdotio, noſque ſiſte venerando altari tuo, cum omni conſcientia bona, cordaque noſtra purgato ab omni inquinamento, reprobum omnem ſenſum a nobis expelle. Sancti-

fica

ΑΓιε, ὕψιστε, φοβερὲ, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, κύριε, αὐτὸς ἡμᾶς ἁγίασον, καὶ ἀξίωσον τῆς φοβερᾶς σου ἱερωσύνης, καὶ προσάγαγε ἡμᾶς τῷ τιμίῳ σου θυσιαστηρίῳ, μετὰ πάσης συνειδήσεως ἀγαθῆς. καὶ καθάρισον ἡμῶν τὰς καρδίας ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. πᾶσαν αἴσθησιν πονη-

ρὰν

ρὰν ἐκδιώξον ἀφ' ἡμῶν. Ἁγίασον τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχήν, καὶ δὸς ἡμῖν τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐπιτελεῖν λατρείαν, μετὰ φόβου σου, ἐξιλασκόμενοι τὸ πρόσωπόν σου διὰ παντός. Σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν.

fica mentem & animam, & da nobis ſanctorum Patrum noſtrorum cultum obſervare cum timore tuo, propitiantibus vultum tuum omni tempore. Tu enim es qui benedicis, & ſanctificas univerſa, & tibi gloriam & gratiarum actionem ſurſum mittimus.

Ὁ Διάκονος. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους.

Diaconus. Salutate invicem.

Ὁ Ἱερεὺς εὔχεται τὸν ἀσπασμόν.

Sacerdos dicit orationem oſculi pacis.

ΔΕ'σποτα κύριε παντοκράτορ, οὐρανόθεν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σου, καὶ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν σου, καὶ πᾶν τὸ ποίμνιόν σου, καὶ σῶσον πάντας ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου, τὰ θρέμματα τῆς σῆς ἀγέλης. καὶ δώρησαι ἡμῖν τὴν σὴν εἰρήνην, καὶ τὴν σὴν βοήθειαν, καὶ κατάπεμψον ἡμῖν τὴν δωρεὰν τοῦ παναγίου σου πνεύματος, ὅπως ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, καὶ συνειδήσει ἀγαθῇ, ἀσπασώμεθα ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ, μὴ ἐν ὑποκρίσει, μὴ τὴν τοῦ ἀλλοτρίου κεκτημένοι προαίρεσιν, * ἀλ-

Υψώσει τὴν κεφαλὴν καὶ ἐκφωνήσει.

Populus enim tuus & Eccleſia tua deprecatur te, & per te atque tecum Patrem dicens.

Ο γὰρ λαός σου, καὶ ἡ ἐκκλησία σου ἱκετεύει σε, καὶ διὰ σοῦ καὶ σὺν σοὶ τὸν πατέρα, λέγουσα.

Po- Ο Λαὸς

Ὁ Λαὸς λέγει. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν. γ'.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν. γ'.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον. γ'.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι κύριε τοῦ ἀέρος τῶν καρπῶν τῆς γῆς.

Μνήσθητι κύριε τῆς συμμέτρου ἀναβάσεως τῶν ποταμείων ὑδάτων.

Μνήσθητι κύριε τῶν ὑετῶν καὶ τῶν σπορίμων τῆς γῆς.

Εὔφρανον πάλιν καὶ ἀνακαίνισον τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

Τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. παράστησον ἡμῖν αὐτὰ εἰς σπέρμα, καὶ εἰς θερισμὸν, καὶ νῦν εὐλογῶν εὐλόγησον. Τὴν ζωὴν ἡμῶν οἰκονόμησον. Εὐλόγησον τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου, διὰ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ σου, διὰ τὴν χήραν, καὶ τὸν ὀρφανὸν, διὰ τὸν ξένον, καὶ τὸν προσήλυτον, καὶ δι' ἡμᾶς πάντας τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Οἱ

γὰρ

Populus. Miſerere nobis Deus Salvator noſter. *ter*.

Sacerdos. Miſerere nobis Deus Salvator noſter. *ter*.

Populus. Kyrie eleiſon. *ter*.

Sacerdos. Memento Domine aeris & fructuum terræ.

Memento Domine convenientis aſcenſionis aquarum fluvialium.

Memento Domine imbrium, & ſatorum terræ.

Lætifica etiam & renova faciem terræ.

Sulcos ejus inebria, multiplica genimina ejus: præbe nobis illa ad ſemen & ad meſſem, & nunc benedicens benedicito. Vitam noſtram rege: benedic coronæ anni benignitatis tuæ, propter pauperes populi tui, propter viduam & orphanum, propter hoſpitem & advenam, & propter nos omnes ſperantes in te, & invocantes nomen tuum ſanctum. Oculi enim omnium in te ſperant & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Fac nobiſcum ſecun-

dum

Digitized by Google

dum bonitatem tuam, qui das eſcam omni carni. Imple gaudio & lætitia corda noſtra, ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, ad faciendam voluntatem tuam ſanctam.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos dicit & populus reſpondet.

Kyrie eleiſon.

Concede populo tuo concordiam.

Mundo præclarum ſtatum.

Aeri temperiem.

Ægrotantibus ſalutem.

Indigentibus refrigerium.

Illis qui in exiliis ſunt, quietem.

Orphanis auxilium.

Viduis protectionem.

Anguſtiatis ſubminiſtra quantum opus eſt, ut bene ſint.

Stantes confirma.

γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. Ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἀγαθότητά σου, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα ἐν πᾶσι, πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου τὸ ἅγιον.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει, καὶ ὁ λαὸς ἀποκρίνεται.

Κύριε ἐλέησον.

Χάρισαι τῷ λαῷ σου τὴν ὁμόνοιαν.

Τῷ κόσμῳ τὴν εὐστάθειαν.

Τῷ ἀέρι τὴν εὐκρασίαν.

Τοῖς νοσοῦσι τὴν σωτηρίαν.

Τοῖς δεομένοις τὴν ἀνάψυξιν.

Τοῖς ἐν ἐξορίαις τὴν ἄνεσιν.

Τοῖς ὀρφανοῖς τὴν βοήθειαν.

Ταῖς χήραις τὴν ἀντίληψιν.

Τοῖς θλιβομένοις ἐπάρκησον εἰς ἀγαθόν.

Τοὺς ἑστῶτας ὀχύρωσον.

Digitized by Google

Τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον.
Τοὺς ἑστηκότας ἀσφάλισαι.
Τῶν κεκοιμημένων μνήσθητι.

Eos qui ceciderunt erige.
Securos præſta eos qui ſtant.
Mortuorum reminiſcere.

Τῶν ἐν ὁμολογίᾳ, τὰς πρεσβείας πρόσδεξαι.

Eorum qui in confeſſione ſunt, interceſſiones ſuſcipe.

Τοὺς ἡμαρτηκότας καὶ μετανοήσαντας, συναρίθμησον μετὰ τῶν πιστῶν σου.

Eos qui peccaverunt, & egerunt pœnitentiam, adnumera cum fidelibus tuis.

Τοὺς πιστοὺς συναρίθμησον μετὰ μαρτύρων σου.

Fideles adnumera cum martyribus tuis.

Μιμητὰς, τοὺς παρόντας ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τῶν ἀγγέλων κατάστησον.

Eos qui in hoc loco præſentes ſunt imitatores Angelorum conſtitue.

Καὶ ἡμᾶς τῇ σῇ χάριτι πρὸς τὴν σὴν κεκλημένους διακονίαν ἀναξίους ὄντας ὑπόδεξαι.

Et nos gratia tua, ad tuum vocatos miniſterium indignos licet, ſuſcipe.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.
Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι κύριε καὶ τῆς πόλεως ἡμῶν ταύτης, καὶ τῶν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει οἰκούντων ἐν αὐτῇ, καὶ πάσης πόλεως καὶ χώρας σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν. Καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, σεισμοῦ καὶ καταποντισμοῦ πυρὸς, καὶ ἀπὸ αἰχμαλωσίας βαρβάρων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων μαχαιρῶν, καὶ ἐπα-

Populus. Kyrie eleiſon.
Sacerdos. Memento Domine & urbis noſtræ hujus & habitantium in ea in orthodoxa fide, omnis quoque urbis & regionis, cum omni populo ejus: & libera nos a fame & peſte, a terræ motu, a ſubmerſione, ab igne, a captivitate barbarorum, a gladiis alienis, ab inſultu hoſtium & hæreticorum.

Digitized by Google

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento Domine eorum qui dudum obierunt ſanctorum Patrum noſtrorum; Orthodoxorum Epiſcoporum, & omnium qui a ſæculo tibi placuerunt ſanctorum Patrum, Patriarcharum, Apoſtolorum, Prophetarum, Prædicatorum, Evangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, omniſque ſpiritus juſti, in fide Chriſti conſummati.

Alta voce.

Præcipue ſanctiſſimæ, glorioſiſſimæ, immaculatæ, & benedictionibus cumulatæ, dominæ noſtræ, Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ.

Sancti glorioſi, Prophetæ, præcurſoris, Baptiſtæ & martyris Joannis.

S. Stephani primi Diaconi & primi Martyris.

Et ſancti & beati Patris noſtri Marci, Apoſtoli & Evangeliſtæ.

Et

ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν τε, καὶ αἱρετικῶν.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Μνήσθητι κύριε τῶν προλαβόντων ὁσίων πατέρων ἡμῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐχρεστησάντων, ἁγίων πατέρων, πατριαρχῶν, ἀποστόλων, προφητῶν, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, καὶ παντὸς πνεύματος δικαίου, ἐν πίστει Χριστοῦ τετελειωμένου.

Ἐκφωνήσει.

Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ὑπερενδόξου, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Τοῦ ἁγίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου, βαπτιστοῦ, καὶ μάρτυρος Ἰωάννου.

Τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτοδιακόνου, καὶ πρωτομάρτυρος.

Καὶ τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Μάρκου, τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ.

Καὶ

Καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Γρηγορίου.

Καὶ ὧν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τὴν ὑπόμνησιν ποιούμεθα, καὶ παντὸς χοροῦ τῶν ἁγίων σου, ὧν ταῖς εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις, καὶ ἡμᾶς ἐλέησον, καὶ σῶσον, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς.

Ὁ Διάκονος λέγει τὰ Δίπτυχα.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει ἐν ἑαυτῷ.

Μνήσθητι κύριε τῶν προκεκοιμημένων ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει πατέρων ἡμῶν καὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀνάπαυσον τὰς ψυχὰς αὐτῶν μετὰ ὁσίων, μετὰ δικαίων. Ἔκθρεψον, συνάψον εἰς τόπον χλόης, ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως, ἐν παραδείσῳ τρυφῆς, καὶ μετὰ τούτων, ὧν εἴπομεν τὰ ὀνόματα αὐτῶν,

Τότε μνημονεύει ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ μετὰ δίπτυχα ὁ Ἱερεὺς λέγει.

Μνήσθητι κύριε ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν, πιστῶν καὶ ὀρθοδόξων, μεθ' ὧν καὶ ἡμῖν

συν

Et ſancti Patri noſtri Gregorii.

Eorumque quorum hodie memoriam facimus, & omnis chori Sanctorum tuorum, quorum precibus & interceſſionibus miſerere noſtri, & ſalva nos, propter nomen tuum ſanctum, quod invocatum eſt ſuper nos.

Diaconus recitat Diptycha.

Sacerdos dicit ſecreto.

Memento Domine eorum qui pridem obdormierunt, in orthodoxa fide, patrum & fratrum noſtrorum, & fac animas eorum quieſcere, cum ſanctis & juſtis. Deduc eos & congrega in locum herbidum, ſuper aquam refectionis, in paradiſo voluptatis, & cum illis quorum nomina recitavimus.

Tunc commemorationem facit vivorum & mortuorum, & poſt diptycha Sacerdos dicit.

Memento Domine eorum quorum meminimus, & quorum non meminimus fidelium

& or-

& orthodoxorum, cum quibus & nobis cum ipſis, tanquam bonus & benignus erga homines Deus.

Populus. Remitte, parce, condona.

Sacerdos. Tu enim es Deus noſter, miſericors, nolens mortem peccatoris, ſed potius ut convertatur & vivat. Deus viſita nos in ſalutari tuo, fac nobiſcum ſecundum manſuetudinem tuam, qui facis longe plura quam petimus, aut cogitamus, ut in hoc ſicut & in omnibus, glorificetur & exaltetur, laudetur & benedicatur, & ſanctificetur ſanctum, honorandum & benedictum nomen tuum, cum immaculato tuo Patre & ſancto Spiritu.

Populus. Sicut erat, eſt, & erit.

Diaconus. Deſcendite Diaconi.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Proœmium fractionis.

Sacerdos. Jeſu Chriſte, no-

men.

σιὼ ἀυτοῖς ὡς ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος θεός.

Ο Λαὸς λέγει. Ανες, ἄφες, συγχώρησον.

Ο Ιερεὺς λέγει. Σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐλεήμων, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Ο θεὸς ἐπίσκεψον ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, ὁ ποιῶν ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν. ἵνα σου καὶ ἐν τούτῳ καθὼς καὶ ἐν παντὶ δοξασθῇ καὶ ὑψωθῇ καὶ ὑμνηθῇ, καὶ εὐλογηθῇ καὶ ἁγιασθῇ τὸ πανάγιον. καὶ ἔντιμον, καὶ εὐλογημένον σου ὄνομα, ἅμα τῷ ἀχράντῳ σου πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

Ο Λαὸς λέγει. Ως ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται.

Ο Διάκονος λέγει. Κατέλθετε οἱ διάκονοι.

Ο Ιερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσι.

Ο Λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Προοίμιον τῆς κλάσεως.

Ο Ιερεὺς λέγει. Ιησοῦ Χριστὲ.

τὸ συν-

Digitized by Google

τὸ σωτήριον ὄνομα, ὁ τὰ θεῖα καὶ ἄχραντα καὶ ἐπουράνια ταῦτα μυστήρια διατυπώσας. ὁ τοὺς μὲν ἱερεῖς ἐν τάξει ὑπηρετῶν στήσας. διὰ δὲ τῆς ἀοράτου σου δυνάμεως αὐτὰ μεταστοιχειώσας. Ὁ τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ ἐπιφαινόμενος, καὶ τοῖς γνησίως προσιοῦσι διὰ σεαυτοῦ * παρέχοντος.

Ὁ τότε εὐλογήσας, καὶ νῦν εὐλόγησον.

Ὁ τότε ἁγιάσας, καὶ νῦν ἁγίασον.

Ὁ τότε κλάσας καὶ νῦν διάθρεψον.

Ὁ τότε διαδοὺς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις. καὶ νῦν δέσποτα διαδὸς ἡμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου φιλάνθρωπε, παντοκράτορ, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν.

Ὁ Διάκονος λέγει. Προσεύξασθε.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

men ſalutare, qui divina, immaculata, & cœleſtia hæc myſteria deſignaſti, qui Sacerdotes quidem in ordine miniſtrorum conſtituiſti, per inviſibilem autem tuam potentiam ea transformaſti: qui mundis corde exhiberis & illis qui ſincere accedunt, per te ipſum ea præbes.

Qui tunc benedixiſti, etiam nunc benedic.

Qui tunc ſanctificaſti, etiam nunc ſanctifica.

Qui tunc fregiſti, etiam nunc frange.

Qui tunc dediſti diſcipulis & Apoſtolis tuis, etiam nunc Domine, da nobis & omni populo tuo, benigne, omnipotens, Domine Deus noſter.

Diaconus. Orate.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Εὐ- Ora-

Digitized by Google

Oratio fractionis.

QUi es, qui eras, qui veniſti & iterum venturus es, qui ad dexteram Patris ſedes: panis qui de cœlo deſcendiſti & das vitam mundo: Pontifex magnus, autor & princeps ſalutis noſtræ. Lux vera exiſtens ante omnia ſæcula: qui es ſplendor gloriæ & character ſubſtantiæ Patris proprii tui: qui per beneplacitum tuum dignatus es deſcendere de excelſis cœli, ex ſinu luminis inacceſſibilis; & veri, inviſibiliſque ſolius Patris. Quique incarnatus de Spiritu ſancto, & ex glorioſiſſima, immaculata, ſancta, domina noſtra, Deipara & ſemper Virgine Maria, perfecte homo factus es: non per tranſmutationem, humanitatem mutans, ſed uniens tibi eam ſecundum hypoſtaſin, modo inexplicabili, & inintelligibili, ſed abſque mutatione & confuſione, animam habentem rationalem & intellectu præditam. Ita ex ea proceſſiſti, Deus homo factus, conſubſtantialis Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialis nobis ſecundum hnmanitatem. Non duas perſo-

Εὐχὴ τῆς κλάσεως.

ὉΩν, ὁ ἦν, ὁ ἐλθὼν, καὶ πάλιν ἐρχόμενος. ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθήμενος. ὁ ἄρτος, ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν. τὸ φῶς ἀληθινὸν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦ ἰδίου σου πατρός. ὁ εὐδοκήσας καὶ καταξιώσας κατελθεῖν ἐκ τῶν ὑψωμάτων τοῦ οὐρανοῦ, ἐκ κόλπων τοῦ ἀπροσίτου φωτός, καὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀοράτου μόνου πατρός. Σαρκωθεὶς δὲ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς πανενδόξου, ἀχράντου, ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ τελέως ἐνανθρωπήσας. οὐ κατὰ μετάστασιν, τὴν ἀνθρωπότητα ἀναλλοιώσας. ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἀφράστως καὶ ἀπερινοήτως, ἀτρέπτως δὲ καὶ ἀσυγχύτως, ψυχὴν ἔχουσαν λογικήν τε καὶ νοεράν, οὕτως προῆλθες ἐξ αὐτῆς θεανθρωπωθεὶς. ὁμοούσιος πατρὶ κατὰ τὴν

τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Οὐ δύο πρόσωπα οὖν, οὐδὲ δύο μορφὰς ἔχων, οὐδὲ ἐν δυσὶ φύσεσι γνωριζόμενος, ἀλλ' εἷς θεός, εἷς κύριος, μία οὐσία, μία βασιλεία, μία δεσπότεια, μία ἐνέργεια, μία ὑπόστασις, μία θέλησις, μία φύσις τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένη, καὶ προσκυνουμένη. Σταυρωθεὶς δὲ ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ὁμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν· παθὼν καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανούς, καὶ καθίσας ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ πατρὸς, πατήσας τὸν θάνατον, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεύσας, συντρίψας πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσας καὶ τὸν αἰχμάλωτον Ἀδὰμ, ἀνακαλεσάμενος ἐκ φθορᾶς, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερώσας ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας.

Διὸ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε, φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, καταξίωσον ἡμᾶς ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ τολμᾶν ἀφόβως ἐπιβοᾶσθαι τὸν πάντων δεσπότην ἐπου-

ράνιον

ſonas, aut duas formas habens, neque in duabus naturis agnitus: ſed unus Deus, unus Dominus: una ſubſtantia, unum regnum, una dominatio, una operatio, una hypoſtaſis, una voluntas, una natura Dei Verbi incarnata & adorata. Crucifixus autem ſub Pontio Pilato, confeſſuſque præclaram confeſſionem: paſſus & ſepultus reſurrexiſti tertia die, & aſcendens in cœlum, conſediſti ad dexteram magnitudinis Patris, conculcaſti mortem, infernum ſpoliaſti, confringens portas æreas, & vectes ferreos rupiſti, captivum Adamum revocaſti ex corruptione, noſque liberaſti a diaboli ſervitute.

Idcirco rogamus & imploramus te benigne, bone, præſtare nobis dignare, ut puro corde audeamus abſque timore, invocare omnium Dominum,

cœ-

Digitized by Google

cœleſtem Deum, Patrem ſanctum & dicere, &c.

Oratio alia fractionis.

TU enim es Verbum patris, ante ſæcula Deus, magnus Pontifex, qui pro ſalute generis humani incarnatus, & homo factus es, advocaſti ad te ex omnibus gentibus, genus electum, regale ſacerdotium, gentem ſanctam, populum in adquiſitionem. Idcirco rogamus & imploramus te, benigne, bone Domine, ne in reprehenſionem, & confuſionem, non in judicium & condemnationem peccatorum noſtrorum, fiat hoc ſacrificium, quod pro infirmitatibus noſtris obtulimus, ſed quemadmodum ſanctiſſima tua hæc & precioſa munera omni ſanctitate replere dignatus es, per illapſum ſanctiſſimi tui Spiritus ſuper illa, ita & noſtrum peccatorum, ſervorum tuorum ſanctificare dignare animas, corpora, ſpiritus, & conſcientias, ut anima illuminata, facie non confuſa, corde puro, conſcientia hypocriſis vacua, labiis ſanctificatis, caritate perfecta, fide ſecura, audea-

ράνιον θεὸν, πατέρα ἅγιον καὶ λέγειν.

Ευχὴ ἄλλη τῆς κλάσεως.

ΣΥ γὰρ εἶ ὁ λόγος τοῦ πατρός, ὁ προαιώνιος θεός, ὁ μέγας ἀρχιερεύς, ὁ ἐπὶ σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, καὶ προσκαλεσάμενος ἑαυτῷ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν γένος ἐκλεκτόν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸν εἰς περιποίησιν. Διὸ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε, φιλάνθρωπε, ἀγαθέ. κύριε, μὴ εἰς ἔλεγχον καὶ ὄνειδος, μὴ εἰς κρίμα, μηδὲ εἰς κατάκριμα τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν γενηθήτω ἡ θυσία αὕτη ὑπὲρ γὰρ * τῶν ἀσθενειῶν ἡμῶν προσηνέγκαμεν. ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ παναγία σου τιμία δῶρα ταῦτα πάσης ἁγιωσύνης ἐμπλῆσαι κατηξίωσας, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου σου πνεύματος ἐπ᾽ αὐτῶν, οὕτως καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, δούλων σου, ἁγιάσαι καταξίωσον τὰς ψυχάς, τὰ σώματα, τὰ πνεύματα, τὰς συνειδήσεις, ὅπως πεφωτισμένῃ ψυχῇ ἀνε-

Digitized by Google

ἀνεπαισχύντῳ προσώπῳ, καρδίᾳ καθαρᾷ, συνειδήσει ἀνυποκρίτῳ, ἡγιασμένοις χείλεσιν, ἀγάπῃ τελείᾳ, ἐλπίδι ἀσφαλεῖ, τολμῶμεν μετὰ παῤῥησίας, ἄνευ φόβου, λέγειν τὴν ἁγίαν προσευχήν, ἣν μετέδωκας τοῖς ἰδίοις τοῖς ἁγίοις σου μαθηταῖς καὶ ἱεροῖς ἀποστόλοις, οὕτως προσεύχησθε ὑμεῖς. Πατὲρ ἡμῶν.

audeamus cum fiducia abſque timore, dicere ſanctam orationem quam tradidiſti ſanctis tuis diſcipulis, & ſacris Apoſtolis, dicendo, quando orabitis in hunc modum orate. Pater noſter, &c.

Ὁ λαὸς λέγει. Ἁγιασθήτω.

Εὐχὴ ἄλλη τῆς κλάσεως.

Εὐλογητὸς εἶ Χριστὲ ὁ θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ λυτρωτὴς τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας. ὢ λόγε, ὃν * προνοοῦσιν αὐτόν, καὶ ἄνθρωπε ὃν προθεωροῦσιν αὐτόν. Ὁ διὰ τῆς ἀκαταλήπτου αὐτοῦ σαρκώσεως, ἑτοίμασας ἡμῖν ἄρτον ἐπουράνιον, τοῦτο τὸ σῶμά σου, ὃν ἔθου ἐν μυστήριον * πανάγιον ἐν τοῖς ἅπασιν. Ἐκέρασας ἡμῖν ποτήριον ἐξ ἀμπέλου ἀληθείας, ἐκ θείας καὶ ἀχράντου σου πλευρᾶς. Ὁ καὶ μετὰ δεδωκέναι τὸ πνεῦμα ἐκχέων ἐξ αὐτῆς αἷμα καὶ ὕδωρ, οἷς ἁγιασμὸς τῷ κόσμῳ παντί. Κτῆσαι ἡμᾶς ἀγαθὲ κύριε τοὺς ἀναξίους δούλους σου.

Populus. Sanctificetur, &c.

Oratio alia fractionis.

Benedictus es Chriſte Deus omnipotens liberator Eccleſiæ tuæ: o Verbum quod cogitatione aſſequuntur, & homo quem intuentur. Qui per incomprehenſibilem incarnationem tuam, præparaſti nobis panem cœleſtem, hoc corpus tuum quod conſtituiſti in Sacramento, ſanctiſſimum in omnibus. Miſcuiſti nobis calicem ex vite vera, divino ſcilicet atque immaculato latere tuo. Qui poſtquam tradidiſſes ſpiriritum ex eodem latere effudiſti ſanguinem & aquam, in quibus ſanctificatio eſſet univerſo mundo. Poſſide nos bone Domine, indignos ſervos tuos: fac nos po-

Digitized by Google

populum acquiſitionis, regale Sacerdotium, gentem ſanctam. Sanctifica etiam nos Deus, ſicut ſanctificaſti propoſita hæc ſancta munera, & feciſti ea inviſibilia ex viſibilibus, myſteria quæ ſolus intelligis, Domine Deus & Salvator noſter Jeſu Chriſte. Tu igitur Domine per multam tuam miſericordiam præſtare nobis dignatus es, ut per Baptiſmum efficeremur filii & hæredes. Docuiſti nos formam orationis myſticam, qua oraremus immaculatum Patrem tuum. Tu ergo etiam nunc Dominator Domine dignos effice nos, ut cum conſcientia ſanctificata, & mente bona qualis filios decet, cum deſiderio, & fiducia bona audeamus invocare, qui in cœlis eſt, ſanctum Deum Patrem tuum & dicere.

σου. ποίησον ἡμᾶς λαὸν περιούσιον, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. Ἁγίασον καὶ ἡμᾶς ὁ θεός, ὥσπερ ἡγίασας τὰ προκείμενα καὶ ἅγια δῶρα ταῦτα, καὶ ἐποίησας αὐτὰ ἀόρατα ἐκ τῶν ὁρατῶν, μυστήρια ὧν * προνοοῦσιν, αὐτά σοι κύριε ὁ θεός, ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Σὺ οὖν κύριε διὰ τῆς πολλῆς σου εὐσπλαγχνίας κατηξίωσας ἡμᾶς διὰ τοῦ βαπτίσματος γένεσθαι εἰς υἱοὺς καὶ κληρονόμους. Ἐδίδαξας ἡμᾶς τὸν τύπον τῆς προσευχῆς ὅς ἐστιν ἐμμυστήριος, οὗ προσεύχεσθαι ἐν αὐτῇ τὸν ἄχραντον σου πατέρα. Σὺ οὖν καὶ νῦν δέσποτα κύριε καταξίωσον ἡμᾶς ἐν ἁγιασμένῃ συνειδήσει καὶ λογισμῷ ὃν * πρέπει ..... πόθῳ καὶ παῤῥησίᾳ ἀγαθῇ τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἅγιον θεόν, πατέρα σου καὶ λέγειν.

Populus Pater noſter, *& poſtea quam recitata eſt oratio dominica Sacerdos dicit.*

Ὁ Λαὸς λέγει. Πάτερ ἡμῶν. καὶ μετὰ τὸ Πάτερ ἡμῶν.

Ita Domine: Domine qui dediſti nobis poteſtatem calcandi ſerpentes & ſcorpios, omnemque

Ναὶ κύριε, ὁ δεδωκὼς ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπιῶν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύ-

δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, σιώντριψον καὶ καθυπόταξον τὰς κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἐν τάχει, καὶ πᾶσαν τὴν κακότεχνον αὐτῶν ἐπίνοιαν, τὴν καθ' ἡμῶν διασκέδασον ὅτι σὺ εἶ βασιλεὺς ἡμετέρων * πάντων Χριστὲ ὁ θεὸς· καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, σιὺ τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν.

que poteſtatem inimici, contere & ſubjicere capita inimicorum noſtrorum ſub pedibus noſtris velociter, omnemque doloſam eorum adverſus nos cogitationem diſſipa, quoniam tu es Rex omnium noſtrum, Chriſte Deus; tibique gloriam, & gratiarum actionem & adorationem quotidie offerimus, ſimulque Patri tuo qui ſine principio eſt, & ſancto Spiritui, nunc, &c.

Ὁ Διάκονος λέγει. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν.

Diaconus. Inclinate capita veſtra, &c.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Ο Κλίνας οὐρανοὺς καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς σῆς χάριτος πᾶσαν ἐξαπλώσας τὴν εὐθηνίαν. ὁ ποιῶν πάντα ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα τὴν ἀόρατον, τὴν εὐλογημένην, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν, καὶ εὐλογῶν εὐλόγησον τοὺς δούλους σου, καὶ

Oratio inclinationis capitis.

Qui inclinans cœlos deſcendiſti in terram, ad ſalutem humani generis, qui gratiæ tuæ omnem abundantiam explicaſti: qui omnia facis abundantius quam petimus & cogitamus: benigne, bone, extende manum tuam inviſibilem, benedictam, plenam miſericordiæ & miſerationum, & benedicens benedic ſervos tuos, eoſque munda ab omni inquinamento carnis & ſpi-

Digitized by Google

ſpiritus: & fac nos participes eſſe & concorporeos tuæ gratiæ, ut in ſanctitate & juſtitia tibi ſupplicationem offeramus: & te decet omnis gloria, magnitudo, poteſtas & imperium, cum immaculato tuo Patre & ſancto Spiritu, nunc, &c.

Oratio alia ſimiliter dicenda.

ATtende Domine Jeſu Chriſte Deus noſter ex ſancto habitaculo tuo, & ex throno gloriæ regni tui, & veni ad ſanctificandum nos, qui inclinamur coram te. Qui ſurſum ſedes cum Patre, & hic nobiſcum inviſibiliter ades: dignareque potenti manu tua, participes facere nos immaculati corporis tui & precioſi ſanguinis, & per nos omnem populum. Tu enim es qui frangis & frangeris, quamvis infractus, & tibi gloriam referimus cum Patre & ſancto Spiritu, nunc, &c.

καὶ καθάρισον αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· καὶ ποίησον ἡμᾶς μετόχους καὶ συσσώμους γενέσθαι τῇ σῇ χάριτι, ὅπως ἐν ἁγιότητι καὶ δικαιοσύνῃ σοι τὴν ἱκεσίαν προσάγοντες*, καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, μεγαλοσύνη, κράτος τε καὶ ἐξουσία, ἅμα τῷ ἀχράντῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν.

Εὐχὴ ἄλλη ὁμοίως.

Πρόσχες κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐξ ἁγίου τοῦ κατοικητηρίου σου, καὶ ἀπὸ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ ἁγιάσαι ἡμᾶς τοὺς ἐπικλίναντάς σοι. Ὁ ἄνω τῷ πατρὶ συγκαθήμενος, καὶ ὧδε ἡμῖν ἀοράτως συνών. καὶ καταξίωσον τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ, μεταδοῦναι ἡμῖν τοῦ ἀχράντου σώματός σου, καὶ δι᾽ ἡμῶν παντὶ τῷ λαῷ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ κλῶν καὶ κλώμενος, καὶ ἄκλαστος. καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν.

Dia-

Ὁ Διά-

Ὁ Διάκονος λέγει. Προσχῶμεν θεῷ μετὰ φόβου.

Εὐχὴ τῆς ἐλευθερίας.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ Ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· τὸ πανάσπιλον αὐτοῦ αἷμα διαχύσας ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ζωήν, καὶ εἰς λύτρον καὶ ἀντάλλαγμα πάντων, ἑαυτὸν παρέδωκας, ἐκ θανάτου λυτρωσάμενος ἐν ᾧ κατειχόμεθα, πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Ὁ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν τὸ θέλημα, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων, καὶ σώζων αὐτούς. Ὁ τοῦ δικαίου Ἰὼβ εἰσακούσας ἀνισταμένου τὸ πρωῒ καὶ ὑπὲρ * παιδίων φίλτρων θυσίας προσαγαγόντος εἰπών, μήπως ἐνενόησαν υἱοί μου πονηρὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἔναντι θεοῦ. Καὶ ἐμοῦ τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἀχρείου σου δούλου, ἱκετεύω ὑπὲρ τῶν σῶν οἰκετῶν, πατέρων μου καὶ ἀδελφῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος. Εὐμενεῖ προσώπῳ καὶ γαληνῷ ὄμματι,

Diaconus. Attendamus Deo cum timore.

Oratio libertatis, ſeu abſolutionis.

Pax omnibus.

Agnus Dei, qui tollis peccatum mundi, qui ſanguinem tuum maculæ omnis expertem profudiſti ad vitam mundi, & in redemptionem permutationemque omnium tradidiſti te ipſum, liberans a morte in qua detinebamur, venundati ſub peccato. Qui facis voluntatem timentium te, & orationem eorum exaudis ſalvaſque ipſos: qui juſtum Job exaudiviſti cum mane ſurgens, offerret ſacrificia pro liberis propriis dicens, ne forte cogitaverint filii mei mala in corde ſuo coram Deo: exaudi me quoque miſerabilem peccatorem, & inutilem ſervum tuum dum deprecor pro famulis tuis, patribus meis & fratribus, & pro me quoque miſero. Benigno vultu & oculo ſereno reſpice ſuper nos hac hora, & dimitte nobis omnem iniquitatem omnemque tranſgreſſionem, & inobedientiam contra legem & præ-

Digitized by Google

præcepta tua: omnem quoque reatum conſcientiæ, omnem cogitationem, omnes actiones & motus, qui in nobis excitantur die ac nocte, ut animam alligent & captivam teneant. Fac eos immunes ab omni conſcientia rerum malarum, & omni actione infructuoſa, omnique cogitatione ſordida eorum quæ profana ſint & animæ puritati contraria. Concede ipſis peccatorum agnitionem, utque perfecte ab illis abſtineant. Da illis pœnitentiæ caſtitatem, & ad te converſionem: tu enim dominator Domine pauper factus es voluntarie, dum carnem aſſumſiſti, ad generis noſtri ſalutem, & conſcidiſti chirographum, quod erat adverſum nos, per divinarum manuum tuarum in cruce expanſionem. Parce omnibus Domine amator animarum, quia omnia tibi ſerviunt, & a te ſunt præmia liberationis noſtræ, non quidquam vero opus manuum noſtrarum. Idcirco regnum tuum glorificamus, laudamus te Chriſte Deus noſter.

* * * * *

Omni-

ματι, ἐπιδὲ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. καὶ παρεῖ οὖν ἡμῖν πᾶσαν ἀθετηρίαν, καὶ πᾶσαν παράβασιν, καὶ παρακολουθῆν νόμου τε τοσῶν ἐντολῶν. ἔτι δὲ καὶ πᾶσαν συνείδησιν, καὶ πᾶσαν ἐνθύμησιν, καὶ πάσας * πράξεσι, καὶ πάσας κινήσεσι γεγωνυίαις ἐν ἑαυταῖς, ἡμερικῶς τε καὶ νυκτερικῶς ἐπιδῆσαι τε κατακρατῆσαι κατὰ τῆς ψυχῆς. Καὶ ἀθώοσον αὐτοὺς ἀπὸ πάσης συνειδήσεως πονηρῶν, καὶ πάσης ἀκάρπου πράξεως, καὶ παντὸς λογισμοῦ πεπυρωμένου. ..... * ὄντων βεβηλαὶ μακρὰν τῆς τῆς ψυχῆς καθαρότητα. Χάρισαι αὐτοῖς τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἐπίγνωσιν, καὶ τελείως ἀπέχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Δώρησαι αὐτοῖς μετανοίας ἁγνότητος, * τε τὴν εἰς σε ἐπιστροφήν. σὺ γὰρ δέσποτα κύριε ἐπτώχευσας ἑκουσίως ἐν τῷ σε σαρκωθῆναι, διὰ τὰς τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν. καὶ διέῤῥηξας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, διὰ τῆς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τῶν θείων σου παλαμῶν ἐφαπλώσεν. Φεῖσαι πάντων δέσποτα φιλόψυχε, ὅτι

τὰ

Digitized by Google

τὰ σύμπαντα δοῦλα σά, καὶ παρὰ σοῦ ἡμέτερα ἀφετήρια, καὶ οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν χειρῶν ἡμῶν. δι' ὃ τὴν σὴν βασιλείαν δοξάζομεν καὶ ἀνυμνοῦμέν σε Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἅπαντα.

ν . . . λου . . . ων . . . θορων .

Πάσαις ἡμέραις ἕως, αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν.

Omnibus diebus *uſque ad* hæreticorum & Ethnicorum.

Ἔμπλησον ἡμᾶς τοῦ σοῦ φόβου, καὶ κατεύθυνον εἰς τὸ ἀγαθόν σου θέλημα. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ πρέπει σοι δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις.

Imple nos timore tuo, & dirige nos ad bonam voluntatem tuam: tu enim es Deus noſter, & te decet gloria, honor & adoratio.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Σῶμα καὶ αἷμα.

Sacerdos. Corpus & Sanguis.

Ὁ Διακῶν λέγει. Μετὰ φόβου θεοῦ προσχῶμεν.

Diaconus. Cum timore Deo attendamus.

Ὁ Ἱερεὺς ὑψοῖ τὸ σπουδικὸν καὶ ἐκφωνήσει. Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Sacerdos elevat Δεσποτικὸν: *ſeu partem Hoſtiæ majorem, & alta voce dicit*. Sancta Sanctis.

Ὁ Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Populus. Kyrie eleiſon.

Εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς υἱὸς ἅγιος, ἓν πνεῦμα ἅγιον. Ἀμήν.

Unus Pater ſanctus; unus Filius ſanctus, unus Spiritus ſanctus. Amen.

Ὁ Ἱερεὺς λέγει. Ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.

Sacerdos. Dominus cum omnibus vobis.

Ὁ Λαός: *Po*

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Benedictus Dominus in ſæcula. Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Corpus ſanctum & ſanguis precioſus, verus, Jeſu Chriſti Filii Dei, Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos. Sanctum corpus, & ſanguis precioſus, verus, Jeſu Chriſti Filii Dei. Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos. Corpus & Sanguis Emmanuel Dei noſtri, hoc eſt vere. Amen.

Populus. Amen.

Credo, credo, credo, & confiteor uſque ad ultimum ſpiritum quod hæc ipſa eſt caro vivifica, quam accepiſti Chriſte Deus noſter ex ſancta domina noſtra Deipara, & ſemper

Vir-

Ο Λαὸς λέγει. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου,

Ο Ιερεὺς λέγει. Εὐλογητὸς κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας. Αμήν.

Ο Λαὸς λέγει. Αμήν.

Ο Ιερεὺς λέγει. Ειρήνη πᾶσιν.

Ο Λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο Ιερεὺς λέγει. Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν Ιησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

Αμήν.

Ο Λαὸς λέγει. Αμήν.

Ο Ιερεὺς λέγει. Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν, Ιησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

Αμήν.

Ο Λαὸς λέγει. Αμήν.

Ο Ιερεὺς λέγει. Σῶμα καὶ αἷμα Εμμανουὴλ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, Αμήν.

Ο Λαὸς λέγει. Αμήν.

Πιστεύω, πιστεύω, πιστεύω καὶ ὁμολογῶ ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ σάρξ ὁ ζωοποιός (ἡ), ἣν ἔλαβες Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκ τῆς ἁγίας δεσποί-

νης

Digitized by Google

της ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. καὶ ἐποίησας αὐτὴν μίαν σὺν τῇ θεότητί σου, μὴ ἐν μίξει, μηδὲ ἐν φυρμῷ, μηδὲ ἐν ἀλλοιώσει. καὶ ἐμαρτύρησας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, καὶ παρέδωκεν * αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν πάντων . . . . . ερων ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ τοῦ ἁγίου, ἐν τῷ θελήματί σου.

Ἀληθῶς πιστεύω, ὅτι θεότης σου οὐδ' ἢ μηδέποτε χωρισθεῖσα ἐκ ἀνθρωπότητός σου, ἐν ἀτόμῳ, οὐδὲ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Μετέδωκας αὐτὴν εἰς λύτρωσιν, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον, τοῖς ἐξ αὐτῆς μεταλαμβάνουσι.

Πιστεύω ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀληθῶς. Ἀμήν.

Ὁ Λαὸς λέγει. Ἀμήν.

Ὁ Διάκονος λέγει. Ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ.

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνήσει. Ἀκατάληπτε θεὲ, λόγε, ἀχώρητε, ἀΐδιε, δέχου παρ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἐξ ἀναξίων χει-

Virgine Maria: quamque feciſti uuam cum divinitate tua, non per miſtionem, confuſionem, aut alterationem: & teſtatus es ſub Pontio Pilato præclaram confeſſionem; & quam tradidiſti pro nobis omnibus, ſuper lignum crucis ſanctæ, voluntate tua.

Vere credo, quod divinitas tua nunquam ſeparata fuit ab humanitate tua, in inſtanti, aut in nictu oculi. Tradidiſti eam in redemptionem, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, illis qui ex ea communicant.

Credo quod hæc re vera ſit. Amen.

Populus. Amen.

Diaconus. In pace & caritate.

Sacerdos alta voce. Incomprehenſibilis Deus: Verbum incircumſcriptum, æternum, ſuſcipe a nobis peccatoribus ex

Digitized by Google

indignis labiis hymnum, cum ſupernis poteſtatibus: te enim decet omnis gloria, honor & adoratio cum experte principii Patre tuo, & vivificante tuo Spiritu, in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

λέων, ὕμνον, μετὰ τῶν ἄνω δυνάμεων. σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ σου πνεύματι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμὴν.

Populus dicit Pſalmum CL.

Ο Λαὸς λέγει ψαλμὸν. ρν'.

Diaconus. Congregamini & intrate Diaconi cum reverentia.

Ο Διάκονος λέγει. Συνάχθητε καὶ εἰσέλθετε οἱ διάκονοι μετ' εὐλαβείας.

Oratio gratiarum actionis, poſt communionem, ſanctorum myſteriorum.

Ευχὴ εὐχαριστίας μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγίων μυστηρίων.

Diaconus. Ad Orationem ſtate.

Ο Διάκονος λέγει. Επὶ προσευχῆς στάθητε.

Sacerdos. Pax omnibus.

Ο Ιερεὺς λέγει. Ειρήνη πᾶσιν.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Ο Λαὸς λέγει. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Diaconus. Orate pro digna communione.

Ο Διάκονος λέγει. Προσεύξασθε ὑπὲρ τῆς ἀξίας μεταλήψεως.

Populus. Kyrie eleiſon.

Ο Λαὸς λέγει. Κύριε ἐλέησον.

Digitized by Google

Ὁ Ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, λόγε θεοῦ ἀληθινὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, ὅτι οὕτως ἠγάπησας ἡμᾶς καὶ ἔδωκας σεαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, * ἐσφαγιάσθης. Κεχάρισας ἡμῖν διὰ τοῦ ἀχράντου σοῦ σώματος, καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος, τὴν ἀπολύτρωσιν, ὡς κατηξίωσας ἡμᾶς νῦν φιλάνθρωπε ἵνα λάβωμεν ἐξ αὐτῶν εὐχαρίστια. * Διὸ ἐξομολογοῦμέν σοι νῦν φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν προσκύνησιν διηνεκῶς ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, νῦν.

Ὁ Διάκονος λέγει. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοῦ φωτίσαι αὐτόν. ὁ σαρκωθεὶς, ἐνανθρωπήσας, καὶ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, καὶ πα-

Sacerdos dicit hanc orationem.

Gratias agimus tibi, Verbum Dei verum, qui es ex ſubſtantia Patris principium non habentis, quoniam tantopere dilexiſti nos, & dediſti te ipſum pro nobis immolatus. Concede nobis per immaculatum corpus tuum, & precioſum tuum ſanguinem redemtionem, ſicut benigne præſtitiſti nobis nunc ut ex ipſis Euchariſtiam acciperemus, Idcirco confitemur tibi nunc benigne & bone, & tibi gloriam, honorem & adorationem continue offerimus, cum experte principii Patre tuo, & ſancto tuo Spiritu, nunc, &c.

Diaconus. Capita veſtra Domino inclinate.

Oratio inclinationis capitis.

Qui es, qui eras, & veniſti in mundum ad eum illuminandum, qui carnem aſſumens, homo factus es, & crucifixus ex pro nobis, paſſuſ-

que voluntarie in carne, manſiſti impaſſibilis ut Deus: ſepultuſque, tertia die reſurrexiſti, aſcendenſque in cœlum, ſediſti ad dexteram magnitudinis gloriæ Patris: divinum, ſanctum, conſubſtantialem æqualis poteſtatis & gloriæ, & coæternum Spiritum miſiſti ſuper ſanctos tuos diſcipulos & Apoſtolos, atque per eum illos illuminaſti & per eos orbem univerſum; Chriſte vere Deus noſter.

παθὼν ἑκουσίως σαρκὶ, καὶ μείνας ἀπαθὴς, ὡς θεὸς. καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, τό τε θεῖον, καὶ ἅγιον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ συναΐδιον πνεῦμα καταπέμψας ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς, καὶ ἀποστόλους, καὶ διὰ τούτου φωτίσας μὲν αὐτοὺς, δι' αὐτῶν δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην χριστὲ, ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν.

. . . . Gabriel & Raphael.

. . . . . καὶ Γαβριὴλ καὶ Ραφαήλ.

Et Angelorum quadriformium, animalium incorporeorum; & Angelorum, viginti quatuor Seniorum, ſanctique glorioſi Prophetæ præcurſoris, Baptiſtæ & Martyris Joannis.

Καὶ τῶν ἀγγέλων τετραμόρφων ζώων ἀσωμάτων. καὶ τῶν ἀγγέλων, εἴκοσι τεσσάρων πρεσβυτέρων. ἁγίου ἐνδόξου, προφήτου, προδρόμου, βαπτιστοῦ, καὶ μάρτυρος Ιωάννου.

Sancti Stephani primi Diaconi & primi Martyris.

Τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτοδιακόνου καὶ πρωτομάρτυρος.

Divinorum glorioſorum ſanctorum Apoſtolorum; Prophetarum qui certamina ſuſtinuerunt, & Martyrum præclaris victoriis inſignium.

Τῶν θείων, ἱερῶν, ἐνδόξων ἀποστόλων, ἀθλοφόρων προφήτων, καὶ καλλινίκων μαρτύρων.

Καὶ τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Μάρκου τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ, καὶ πάντων τῶν χόρων τῶν ἁγίων σου.

Καὶ σῶσον, καὶ ἐλέησον, καὶ εὐλόγησον πάντα χριστιανόν. Καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ προσκύνησιν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεί.

Εν εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ἡ θεία λειτουργία, ἡ ὡρισμένη τῷ ἐν ἁγίοις πατρὶ ἡμῶν θεολόγῳ Γρηγορίῳ.

Et ſancti & beati patris noſtri Marci Apoſtoli & Evangeliſtæ, chororumque omnium Sanctorum tuorum.

Et ſalva, miſerere, benedicque omnemcumque Chriſtianum: tibique gloriam & honorem & adorationem offerimus, cum Patre tuo qui eſt abſque principio, & ſancto Spiritu, nunc & ſemper.

In pace Dei completa eſt divina Liturgia, ordinata a ſancto Patre noſtro Theologo Gregorio.

Digitized by Google

APPENDIX

IN QUA EXHIBETUR

ANAPHORA SANCTI GREGORII

EX MISSALI LIBRO COPTITARUM LATINE CONVERSA.

Oratio Velaminis.

Sacerdos dicit ſecreto.

DOOMINE Deus Omnipotens, qui noſti cogitationes hominum, Scrutator cordium, & Renum, Qui me indignum vocaſti ad hoc miniſterium Sanctum tuum: ne me rejicias, neque avertas faciem tuam a me; ſed dele omnia delicta mea; & ablue ſordes corporis mei, & maculas animæ meæ; purifica me perfecte, ne cum bonitatem tuam deprecabor, ut concedas veniam peccatorum aliis, ego reprobus efficiar. Ita, Domine, ne repellas me mæſtum, & confuſum: ſed mitte ſuper me gratiam Spiritus tui Sancti, & fac me dignum, ut adſiſtam Altari tuo Sancto; neque id mihi proveniat in judicium; ſed offeram tibi hoc ſacrificium, rationabile incruentum cum conſcientia pura, in remiſſionem peccatorum meorum, & iniquitatum mearum, veniam delictorum & inſipientiarum populi tui, requiem, & refrigerium Patrum, & Fratrum noſtrorum, qui olim obdormierunt in fide Orthodoxa; ad ædificationem populi tui totius, & ad gloriam tuam. Tuique Filii Unigeniti, & Spiritus Sancti vivificantis, Tibique conſubſtantialis nunc.

Die

Dic etiam ad Filium.

ITem convertimur ad Te, Deus bone, in acceſſu ad Altare tuum Sanctum, & Majeſtatem tuam rogamus o Verbum ſubſtantiale, purifica nos, qui nunc ad Te accedimus, Tu qui ad nos veniſti per manifeſtationem in corpore incommutabili, & omnia impleviſti divinitate tua incomprehenſibili; recedat a nobis amaritudo plena ſordibus, quae corporis eſt, & malignæ maculæ, & munda cor noſtrum ab omni ſorde, animam noſtram a cunctis tenebris, & corpora noſtra ab omni macula, & mitte nobis operationem Spiritus tui Sancti, ut Tua gratia adiuti poſſimus accedere ad Altare tuum ſanctum, & impleamus miniſterium rationale, ut beneplacitum eſt in conſpectu tuo; & Sacrificium noſtrum acceptum fiat coram Te, ad remiſſionem peccatorum noſtrorum, laudem nominis Tui ſancti, quoniam bonus es omnibus Te invocantibus, Tibique convenit Regnum, Poteſtas, & adoratio una cum Patre tuo bono, & Spiritu tuo Sancto, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio oſculi Pacis S. Gregorii (1) *ad Filium.*

AEterne, qui in ſempiternum ſubſiſtis, conſubſtantialis Patri, illique throno & creatione æqualis. Qui ſola bonitate tua e nihilo feciſti hominem, & collocaſti eum in paradiſo voluptatis; qui cum cecidiſſet per deceptionem inimici & precepti tui Sancti tranſgreſſionem, voluiſti eum renovare & in dignitatem ſuam priſtinam reſtituere. Non Angelos, non Archangelos, non Patriarchas, neque Prophetas voluiſti autores eſſe noſtræ ſalutis, ſed Tu Immutabilis carnem aſſumpſiſti,

(1) Hanc in aliquibus Codd. Mſs. Severo Patriarchæ Tribui adnotat Renaudot. pag. 26.

ſti, & homo factus es, ſimilis nobis in omnibus excepto peccato, & factus es nobis mediator erga Patrem: parietem medium diruiſti, & inimicitias priores elevaſti: Conciliaſti Terrenos cum cœleſtibus, & feciſti de duobus unum, & diſpenſationem in carne perfeciſti: aſcendiſti in cœlum corporaliter, & impleviſti omnia divinitate tua. Tu dixiſti diſcipulis tuis & Sanctis Apoſtolis tuis, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hanc modo concede nobis, Domine, & munda nos ab omni macula, ab omni dolo, ab omni hypocriſi, ab omni malo, ab omni fraudulentia; & injuriarum recordatione mortifera: Et fac nos omnes dignos, ut complectamur invicem in oſculo Sancto, ut recipiamus, quin incidamus in judicio a donis tuis vivificantibus, atque cœleſtibus; per gratiam Tuam, & benignitatem Patris tui boni; & operationem Spiritus Sancti, Tu es enim proviſor, & largitor omnium bonorum.

Diaconus dicit. Orate pro pace.

Sacerdos. Tibique offerimus gloriam, & honorem, magnificentiam, & adorationem cum Patre tuo bono, vivificante, Tibique conſubſtantiali, nunc.

Diaconus. Salutate invicem.

Alia Oratio oſculi Pacis, S. Gregorii, ad Filium.
Sacerdos.

CHriſte Deus noſter, virtus tremenda, & incomprehenſibilis Dei Patris, qui ſedes ſuper thronum Flammeum Cherubim, cui miniſtrant poteſtates igneæ: Tu es ignis conſumens per divinitatem Tuam, propter benignitatem tuam ineffabilem, & amorem tuum erga homines, Deus, non combuſſiſti, neque repuliſti fraudulentum traditorem, cum acceſſit ad Te, ſed oſculatus es eum oſculo amici, ut traheres illum ad pænitentiam, & ad audaciae ſuae agnitionem. Dignos fac nos, Domine noſter, in hac hora terribili, ut ſine timore unanimes

abſque

Digitized by Google

abſque duplicitate cordis cæteriſque nequitiis, ſalutemus invicem in oſculo Sancto; & ne nos proiicias in judicium, ſi minus perfecte mundi ſimus, neque ſicuti placitum eſt bonitati tuæ, a fæce peccati, a nequitia, & a mortifera injuriarum recordatione: ſed Tu per ineffabilem clementiam tuam, qui noſti imbecillitatem, & propenſionem ad inferiora figmenti noſtri, dele omnes maculas peccatorum noſtrorum, ut non ſit nobis in judicium, & condemnationem hoc myſterium Divinitatis tuæ.

Diaconus dicit. Orate pro pace perfecta, charitate, & oſculo Sancto Apoſtolico.

Populus. Kyrie eleiſon.

Deinde Sacerdos dicet reliquum.

Tu enim potens es tollere peccata omnia & auferre injuſtitias, & iniquitates hominum miſerorum, cum ſis purgatio totius mundi. Et Te decet glorificatio uno ore, & ab unoquoque, veneratio, magnificentia, & adoratio, cum Patre tuo bono, & Spiritu Sancto vivificante, Tibique conſubſtantiali, nunc.

Diaconus. Salutate invicem in oſculo Sancto.

Populus dicit ſalutationem congruentem ſingulis diebus poſtea Diaconus dicet ter.

Kyrie eleiſon. Amen Domine, Jeſu Chriſte Filii Dei audi nos, & miſerere nobis.

Diaconus dicit. Accedite *ter*. Decenter ſtate, & ad orientem aſpicite, attendite.

Populus. Miſerationes pacis. & ſacrificium laudis.

Diaconus. Stemus recte, ſtemus devote, ſtemus perſeverantes in oratione, ſtemus cum pace, ſtemus cum timore Dei, Pietate, & tremore.

Sacerdos dicat. Caritas Dei Patris; Gratia Unigeniti Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio, & donum Spiritus Sancti ſit cum omnibus vobis.

Populus. Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos. Surſum corda veſtra.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum & juſtum eſt.

Sacerdos. Dignum, & juſtum eſt *ter*. Vere dignum & juſtum eſt, ut te laudem, benedicam Tibi, ſerviam Tibi, adoremque & glorificem Te, qui es unus, ſolus verus Deus, amator hominum, ineffabilis, Inviſibilis, incomprehenſibilis, ſine principio, Æternus, ſine tempore, incircumſcriptus, ininveſtigabilis, immutabilis, creator omnium, Salvator omnium, qui dimittis peccata, qui redimis ab interitu vitam noſtram, qui coronas nos in miſericordia, & miſerationibus. Tu es, quem laudant Angeli, & adorant Archangeli: tu es, cui benedicunt Principatus, ad quem clamant Dominationes: tu es, cujus gloriam celebrant Poteſtates: tu es, cui Throni ſurſum mittunt gloriam, & honorem: Millia millium aſſiſtunt coram Te, & dena millia denum millium miniſtrant tibi. Tu es, quem benedicunt Inviſibiles, quem adorant Viſibiles, & omnes faciunt Verbum tuum, Domine noſter.

Diaconus. Qui ſedetis, ſurgite.

Sacerdos. Æterne Domine, Deus verus de Deo vero, qui oſtendiſti nobis lumen Patris, qui largitus es nobis cognitionem veram Spiritus Sancti: qui manifeſtaſti nobis myſterium hoc magnum vitæ: qui conſtituiſti Chorum Incorporeum inter homines: qui dediſti eis, qui ſunt ſuper Terram, Canticum Seraphim, ſuſcipe voces noſtras cum vocibus eorum, qui ſunt Inviſibiles; connumera nos inter Poteſtates Cæleſtes, ut dicamus cum illis abiicientes omnes cogitationes abſurdas, & inutiles, clamemuſque idem quod illi dicunt inceſſabili voce, atque ore indeſinenti, benedicamus magnitudinem tuam.

Diaconus. Ad orientem aſpicite.

Sacerdos. Tu enim es, cui aſſiſtunt Cherubim, & Seraphim

phim ſenis alis inſtructi: ſex alæ uni, & ſex alteri: duabus alis velant facies ſuas, duabus tegunt pedes ſuos, & duabus volant, clamanteſque alter ad alterum, dicunt hymnum triumphalem ſalutis noſtræ, & vocibus glorioſis laudant clamantes, & dicentes.

Diaconus. Attendamus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, pleni ſunt Cæli, & Terra gloria tua ſancta, hoſanna in excelſis, benedictus qui venit, & venturus eſt in nomine Domini, hoſanna in excelſis.

Sacerdos hic ſcipſum, Miniſtros, & Populum ſignans dicit.

Sanctus, Sanctus Dominus, & Sanctus in omnibus, & præclarum lumen ſubſtantiæ tuæ, ſicut ineffabilis eſt poteſtas Sapientiæ tuæ, nec verbis explicari poteſt pelagus amoris tui erga homines. Creaſti me hominem per benignitatem tuam, neque indigebas mea ſervitute, ſed ego indigebam dominatione tua: propter clementiam tuam magnam feciſti me cum non eſſem: erexiſti mihi Cælos in tectum: firmaſti mihi Terram, ut ſuper eam ambularem: propter me concluſiſti Mare, propter me produxiſti naturam Animalium, & ſubjeciſti ſub pedibus meis: nec paſſus es deeſſe mihi quidquam ex operibus magnificentiæ tuæ, tu, qui me plaſmaſti, & poſuiſti manum tuam ſuper me, & deſcripſiſti in me imaginem dominationis tuæ, & indidiſti mihi donum rationis; aperuiſti mihi Paradiſum voluptatis; dediſti mihi ſcientiam cognitionis tuæ, manifeſtaſti mihi ſpinam mortis, ne ex ea comederem: mihi interdixiſti ex ea ſola ne comederem; comedi voluntate mea, & libere tranſgreſſus ſum legem tuam, neglexi mandata tua; & ego mihi mortis ſententiam adduxi. *Populus.* Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Tu Domine convertiſti mihi pœnam in ſalutem, ut verus Pater laboraſti mecum, qui cecidi; alligaſti me omnibus medicamentis vivificantibus. Tu ad me miſiſti Pro-

phetas propter me humilem; tu mihi adminiſtraſti ſalutem; at ego legem tuam tranſgreſſus ſum: ut lumen verum apparuiſti iis, qui in Tenebris, & ignorantia erant..

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Tu, qui ſemper exiſtis, veniſti ad nos ſuper Terram, deſcendiſti in Uterum Virginis. Tu Deus incomprehenſibilis non rapinam arbitratus es eſſe æqualem Deo, ſed temetipſum humiliaſti, & accepiſti formam ſervi, naturam meam in te benedixiſti: perfeciſti legem tuam pro me, oſtendiſti mihi rationem reſurgendi poſt lapſum: expiaſti eos, qui apud inferos detinebantur: ſuſtuliſti maledictionem legis: deſtruxiſti peccatum per Incarnationem tuam: oſtendiſti mihi potentiam Imperii tui: dediſti viſum cæcis: excitaſti mortuos de ſepulchris: verbo naturam erexiſti; manifeſtaſti mihi diſpenſationem clementiae tuae: toleraſti injurias iniquorum: præbuiſti tergum tuum verberibus, & genas tuas percuſſoribus permiſiſti: propter me Domine, non avertiſti vultum tuum ab ignominia ſputorum.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Veniſti ad occiſionem tamquam agnus, uſque ad Crucem; demonſtraſti ſollicitudinem tuam erga me: occidiſti peccatum meum per ſepulturam tuam: elevaſti primitias meas (1) uſque ad Cælos: manifeſtaſti mihi adventum tuum futurum, in quo venturus es judicare vivos, & mortuos, ut reddas unicuique ſecundum opera ſua.

Populus. Secundum miſericordiam tuam, Domine, & non ſecundum peccata noſtra.

Sacerdos hic velum accipit, & ſignat & cocleari acceptum incenſum in Thuribulum mittit, ac dicit.

Offero tibi, Domine, ſymbola liberationis meæ; & (2) ſcri-

---

(1) De Corporis Chriſti aſſumtione verba intelligenda, Chriſtus enim eſt primitiae dormientium 1. Cor. 15.

(2) *Scribe* verti poteſt, vel *ſcribam*: Renaudot. pag. 303. obſcurum locum

ſcribo opera mea verbo tuo, qui dediſti mihi hoc miniſterium plenum myſterio, ae participationem corporis tui in pane, & vino.

Populus. Confitemur, & credimus in rei veritate ita eſſe. Amen.

Sacerdos dicit.

Nam ea nocte, in qua tradi voluiſti, voluntate, & poteſtate tua ſola.

Accipit agnum in manus ſuas abſtergit, & dicit.

Accepiſti panem in manus tuas ſanctas, puras, immaculatas, beatas, & vivificantes.

Elevat oculos ſuos ſurſum & dicit.

Et ſuſpexiſti in Cælum ad Patrem tuum Deum, ac Dominum omnium.

Populus. Credo in rei veritate ita eſſe. Amen.

Sacerdos ſignat dicens: Et gratias ✠ egiſti.

Populus. Amen.

Signat ſecundo dicens. Et benedixiſti ✠ illum.

Populus. Amen.

Sacerdos tertio ſignat dicens. Et ſanctificaſti illum ✠.

Populus. *Amen*.

Sacerdos frangat hoſtiam, quin in partes tribuat dicens. Et fregiſti illum, & dediſti illum tuis glorioſis diſcipulis Sanctis, & Apoſtolis puris dicens: Accipite manducate ex eo omnes: Hoc eſt enim corpus meum, quod frangitur pro vobis, & pro multis dabitur in remiſſionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem.

Po-

---

locum illuſtrare contendit, atque ex Græca Liturgia emendare, adeo ut ſenſus ſit; offero tibi ſymbola panis & vini, quæ repreſentant tuam paſſionem, per quam liberatus ſum: & opera, ſeu effectum promiſſionis a Te factæ quoties memoriam tui ageremus ita, non meis meritis, ſed tuis verbis mox recitandis adſcribo, ſeu hoc opus quod ego facio verbo tuo deſcribo, & ad optatum finem perduco.

Digitized by Google

Populus. Ita eſt in rei veritate. Amen.

Sacerdos manum Calici imponet dicens.

Similiter poſt coenam, Accepiſti Calicem, & miſcuiſti eum ex fructu vitis, & aqua.

Sacerdos Calicem ſignat primo, dicens. Et gratias ✠ egiſti.

Populus. Amen.

Secundo ſignat. Et benedixiſti illum ✠.

Populus. Amen.

Tertio ſignat dicens: Et ſanctificaſti eum ✠.

Populus. Amen.

Diaconus. Amen amen amen credimus, confitemur, & laudamus Dominum.

Deinde Sacerdos accipit calicem, ac dicit.

Et guſtaſti (1) ac dediſti illum tuis glorioſis diſcipulis Sanctis, & Apoſtolis puris dicens: Accipite bibite ex eo omnes: Hic eſt enim Sanguis meus novi Teſtamenti, qui effunditur pro vobis, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Ita quoque eſt in rei veritate. Amen.

Sacerdos manu deſignat Corpus, & Sanguinem ſubdens. Quotieſcumque enim manducaveritis ex hoc pane, & biberitis ex hoc calice, annunciabitis mortem meam, & confitebimini reſurrectionem meam, & mei memoriam facietis donec veniam.

Populus. Mortem tuam Domine annunciamus, & ſanctam reſurrectionem tuam, & aſcenſionem confitemur: Te laudamus, Tibi benedicimus, Tibi gratias agimus, & Te deprecamur Domine Deus noſter.

Sa-

---

(1) Communis eſt Orientalium traditio, ſecundum quam credunt Chriſtum Dominum in ultima Coenam cum Sacramentum inſtitueret, utrumque deguſtaſſe. Conſonant Hieronym. ad Hedibiam, Ireneus lib. 5. c. 33. Chryſoſt. hom. 82. in Matt. S. Th. 3. p. q. 87.

Digitized by Google

Sacerdos. Et nunc etiam, Domine, memoriam agimus deſcenſus tui ad terram & mortis tuae vivificantis, & Sepulturæ tuæ Triduanæ, & reſurrectionis a mortuis, & aſcenſionis ad cœlos, & ſeſſionis tuæ ad dexteram Patris tui, & adventus tui ſecundi de cœlis, tremendi, & glorioſi, offerimuſque Tibi hæc dona tua ex iis quæ tua ſunt, pro omnibus, & propter omnia, & in omnibus.

Diaconus. Inclinamini Deo cum timore, *ſeu* adorate Deum cum timore, & tremore. *vel* Adorate agnum Verbum Dei.

Sacerdos ſecreto dicit.

Tu Domine ſola voce tua commutaſti (1) hæc quæ propoſita ſunt, Tu, qui coram nobis poſitus es, perfice nobis hoc miniſterium plenum myſteriis: inſere in nobis memoriam miniſterii tui ſancti: mitte ſuper nos gratiam Spiritus tui Sancti, qui Sanctificet & transferat hæc dona propoſita in Corpus & Sanguinem ſalutis noſtrae.

Diaconus. Attendamus cum timore. Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos exclamans ter ſignat dicens.

Et hunc quidem panem facias Corpus tuum Sanctum ✠.

Populus. Credo.

Sacerdos. Domine Deus & Salvatos noſter Jeſu Chriſte ✠, quod datur in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam illis, qui ex illo communicant.

Populus. Amen.

Sacerdos tres cruces formans dicit alta voce.

Et rurſus hunc Calicem Sanguinem pretioſum Teſtamenti tui novi ✠.

Populus. Credo.

Sacer-

(1) Ita legit Miſſale Vulgatum, at apud Renaudot. pag. 31. legitur *Commuta*.

Digitized by Google

Sacerdos. Domine, Deus & Salvator noſter Jeſu Chriſte ✠, datum in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam communicantibus ex eo ✠.

Populus. Amen, Domine miſerere.

Sacerdos. Itaque rogamus te Chriſte Deus noſter: *Kyrie eleiſon*. Confirma fundamenta Eccleſiæ: *Kyrie eleiſon*. Concordiam caritatis: *Kyrie eleiſon*. In nobis radicitus inſere: *Kyrie eleiſon*. Augeatur puritas fidei: *Kyrie eleiſon*. Præpara nobis viam rectam pietatis: *Kyrie eleiſon*. Paſtores Cuſtodi: *Kyrie eleiſon*. Eorum greges confirma: *Kyrie eleiſon*. Da ſplendorem Clero: *Kyrie*. Monachis continentiam: *Kyrie*. Virginibus puritatem: *Kyrie*. Conjugatis vitam quietam: *Kyrie*. Miſericordiam illis, qui in pœnitentia ſunt: *Kyrie*. Benignitatem divitibus: *Kyrie*. Manſuetudinem iis, qui in dignitate ſunt: *Kyrie*. Auxilium pauperibus: *Kyrie*. Senes robora: *Kyrie*. Juvenes erudi: *Kyrie*. Infideles converte: *Kyrie*. Ceſſent ab Eccleſia ſchiſmata: *Kyrie*. Deprime ſuperbiam Hæreticorum: *Kyrie*. Et nos omnes ad concordiam pietatis adunare digneris: *Kyrie*.

Sacerdos. Memento Domine, pacis unicæ, Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ tuæ.

Diaconus. Orate pro pace unius Catholicæ, & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ; *Kyrie eleiſon*.

Sacerdos. Quæ eſt a finibus, uſque ad fines terræ; & eorum, qui recte diſpenſant in ea Verbum veritatis. Præſertim vero Patris noſtri Patriarchæ Venerabilis Anba N.

Diaconus. Orate pro Pontifice noſtro Papa Anba N. Papa, & Patriarcha Domino Archiepiſcopo Magnæ Urbis Alexandriæ, & pro cœteris orthodoxis Epiſcopis. *Kyrie eleiſon*.

Sacerdos. Eorum, qui hic adſunt, & qui requieverunt, Epiſcoporum, Hegumenorum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum.

Diaconus. Orate pro Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis,

Digitized by Google

nis, & ſeptem ordinibus Eccleſiæ Dei. *Kyrie eleiſon.*

Sacerdos. Lectorum, Cantorum, Exorciſtarum, Monachorum; Virginum, Viduarum, Orphanorum, Continentium, Laicorum, & totius plenitudinis Eccleſiæ Sanctæ tuæ, o Deus fidelium.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento, Domine, eorum, qui regnaverunt cum pietate, & eorum, qui regnant.

Diaconus. Orate pro Regibus Chriſtum amantibus. *Kyrie eleiſon.*

Sacerdos. Memento Domine, fratrum noſtrorum Fidelium Orthodoxorum, qui ſunt in palatio, & omnis exercitus.

Diaconus. Orate pro iis, qui ſunt in palatio, fratribus fidelibus Orthodoxis, & pro univerſo Exercitu.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento Domine eorum, qui tibi obtulerunt hæc dona, & eorum, qui pro ſe obtulerunt, & eorum, pro quibus oblata ſunt, concede omnibus mercedem e cœlo.

Diaconus. Orate pro ſanctis, honorandis donis, & hoſtiis noſtris, ac pro iis, qui obtulerunt.

Sacerdos. Memento, Domine, habitantium in montibus, & cavernis, & fratrum noſtrorum, qui ſunt in captivitate.

Diaconus. Orate pro captivis.

Sacerdos. Concede illis, ut pacifice ad ſua domicilia revertantur.

Diaconus. Humiliamini Deo cum timore: *vel* adorate agnum Verbum Dei Patris.

Sacerdos ſecreto. Memento, Domine, tenuitatis meæ & remitte mihi omnia peccata mea, ut ubi abundavit iniquitas, ibi ſuperabundet & gratia tua: neque propter peccata mea propria, & propter maculas cordis mei deprives populum tuum gratia Spiritus tui Sancti.

Populus ter. Miſerere noſtri, Deus Salvator noſter.

Digitized by Google

Hic Sacerdos dexteram manum velo cingit, ac Populum deſignat ſine ulla Crucis formatione, & alta voce dicit.

Quia populus tuus, & Eccleſia tua te obſecrant, & Patrem tuum tecum, dicentes.

Populus. Miſerere nobis Deus Salvator noſter, *Kyrie eleiſon.*

Defunctorum memento. Eorum, qui in Confeſſione ſunt, deprecationes ſuſcipe. Pænitentes numera cum fidelibus tuis, & Fideles tuos cum Martyribus tuis. Et eos, qui hic adſunt, ſimiles effice Angelis tuis. Nos quoque, qui licet indigni ad miniſterium tuum, per gratiam tuam vocati ſumus, ad Te ſuſcipe.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento, Domine hujus loci ſancti tui.

Diaconus. Orate pro ſalute mundi, hujus civitatis, & omnium Urbium, Locorum, Inſularum, & Monaſteriorum.

Sacerdos. Et habitantium in eis, ac omnium locorum, omnium Monaſteriorum Patrum noſtrorum Orthodoxorum: & omnium civitatum; omnium regionum ac locorum, & omnis pulchritudinis eorum: & nos omnes libera a fame, a peſte, a terræ motibus, ſubmerſione, & incendio: a captivitate barbarorum, a gladio extraneo & ab inſurrectione hæreticorum.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Dignare, Domine, recordari omnium Sanctorum, qui tibi placuerunt ab initio, Patrum noſtrum Sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Martyrum, & Confeſſorum, & omnium Spirituum Juſtorum qui conſummati defuncti ſunt in fide. Præcipue vero Sanctæ gloria plenæ, ſemper Virginis deiparæ puriſſimæ Sanctæ Dominæ Mariæ: Et Sancti Johannis Baptiſtæ præcurſoris & Martyris: Et S. Stephani Archidiaconi, & Protomartyris, Et Sancti Marci Apoſtoli, Evangeliſtæ ac Martyris; & Sancti

Cy-

Cyrilli, S. Baſilii: S. Gregorii: & Magni Patris noſtri juſti Sancti Antonii, & Patris noſtri Anba Macarii & Anba Macarii (1). Et omnis chori juſtorum; quorum precibus, & orationibus nobis omnibus una miſerere, & redime nos propter nomen Sanctum tuum, quod invocatum eſt ſuper nos.

A decima die Babæ, *ad undecimam diem* Thobe *dicitur Oratio ſementis*.

Dignare Domine ſemina, herbas, & virorem agri benedicere in hoc anno.

Diaconus. Orate pro feminibus, herbis, & virore agri hujus anni, ut Chriſtus Deus noſter benedicat ea, ut creſcant, multiplicentur, & fructus edant atque propitius fiat plaſmati quod manus ipſius fecerunt, nobiſque peccata dimittat.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Fac ut creſcant juxta menſuram ſuam per gratiam tuam &c. *ut ſupra*.

Ab 11. Thobe, *ad* 11. *diem* baoni *dicitur Oratio fructuum, quæ ſequitur*.

Dignare Domine aeri Cœli, & fructibus terræ benedicere hoc anno.

Diaconus. Orate pro aere Cœli, fructibus, & bonis terræ, arboribus, vineis, & omni ligno frugifero in univerſo orbe. Ut Chriſtus Deus noſter eis benedicat, & perficiat, atque conſervet ſine noxa, nobiſque parcat.

Vel. Orate pro bono aere, & fructibus terræ.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Fac, ut creſcant &c. *ut ſupra*.

Populus. Kyrie eleiſon.

T 2 *Sa-*

---

(1) Apud Renaudot. pag. 34. Commemorantur etiam *Severus*, *Dioſcorus*, *& alter Macarius Heretici*, quorum nomina Juſſu S. Congregationis ſuper Correctione Librorum Græcorum ſpecialiter deputatæ, expuncta fuere.

Sacerdos. Infirmos ſana.

Populus. Kyrie eleiſon (1).

Indigentibus ſolatium Præbe. Captivos ſolve. Suſcipe ad te Orphanos. Auxilium da Viduis. Eos qui anguſtiantur, bonis ſuſtenta. Lapſos erige. Stantes confirma. *ter*.

Sacerdos. Miſerere nobis Deus Salvator noſter. *ter*. Concede populo tuo cor unum; da Tranquillitatem mundo; temperiem bonam aeri: (2) dignare Domine benedicere aquas fluminis eaſque implere.

Diaconus. Orate pro aquis fluvialibus hoc anno, ut Chriſtus Deus noſter illas benedicat, & eas aſcendere faciat juxta menſuram ſuam (3).

Et lætificet faciem terræ, ac nobis eſcam det, & jumentis alimoniam, nobiſque peccata dimittat.

Vel dicet Diaconus. Orate pro aſcenſione aquarum fluviavialium, & earum elevatione juxta menſuram ſuam.

Sacerdos. Fac ut creſcant juxta menſuram ſuam per gratiam tuam. Lætifica faciem terræ, ut appareat fecunditas ejus, & fructus ipſius multiplicentur. Præpara ei ſementem, & meſſem: vitam noſtram, prout expedit, guberna: benedic coronæ anni

(1) Sic ſubdit ad ſingulas petitiones.

(2) Hic dicitur Oratio aquarum a 12. menſis *Baonæ*, ad decimam diem menſis *Babæ*.

(3) Cum ab exundatione Nili fertilas Ægypti aut ſterilitas pendeat, ſemper oratum apud Chryſtianos Ægyptios, quin & apud Mahometanos pro aquis Nili, utque olim Sacerdotes Ægyptii *Nilotica incrementa* Sacra habebant, ita Chriſtiani, & ipſi Turcæ vocant *Nilum benedictum*. Accuratiſſimi autem ſemper fuerunt Ægyptii in obſervanda accretione Nili, cujus menſuram famoſam, quam ſi Arabes ſequimur, primus excogitavit, & erexit Joſeph Patriarcha, cum Ægyptum adminiſtraret: ego anno 1745. Julio menſe vidi prope Memphim; ea autem puteum quendam habet in quem Nili aqua per canalem derivatur. In medio Columna eſt per cubitos, & digitos diviſa, ad quam æſtimatio fit, quantum creverit Nilus aut decreverit.

Digitized by Google

anni per benignitatem tuam; propter egenos populi tui, propter viduas, & Orphanos, propter peregrinum, & neceſſitatem patientes, & propter nos omnes, qui in te confidimus, & nomen Sanctum invocamus: quia oculi omnium in te ſperant, Domine, quod in tempore ſuo ſis ipſis bonum largiturus: Age nobiſcum ſecundum bonitatem tuam, tu qui das eſcam omni carni: imple corda noſtra lætitia, & ſuavitate, ut nobis ſemper in omnibus rebus ſuppetant neceſſaria, & abundemus in omni opere bono.

Diaconus dicit: Et eorum, quorum nomina leguntur (1).

Sacerdos dicit ſecreto.

Memento Domine Patrum, & Fratrum noſtrorum, qui pridem obdormierunt in fide orthodoxa: da illis omnibus requiem cum Sanctis tuis omnibus, & cum iis, quorum nomina commemorata ſunt.

Atque hoc loco commemorantur (2) *Defuncti*; *& poſtea Sacerdos dicet*.

Dignare Domine omnium animabus requiem tribuere (3).

Sacerdos poſt diptycha alta voce dicet.

Memento Domine, eorum, quorum memoriam facimus fidelium, & eorum, quorum non meminimus orthodoxorum, & noſtri quoque cum illis, o bone amator hominum Deus.

Populus: Remitte, parce, condona nobis, Deus, offenſas noſtras,

(1) Hic nimirum leguntur diptycha, in quibus Commemorantur cum Sancti, quorum Sanctitas apud omnes Eccleſias Antiquitus commendata eſt, quique ante Concilia Epheſinum, & Chalcedonenſe floruerunt; Tum etiam ii, qui poſt laudata Concilia inclaruerunt: & Heretici quidem Ægyptii Hæreticorum nomina recitant, quod & Catholici quidam ignorantes aliquando feciſſe videntur, quando libris miſſalibus utebantur, qui manu exarati erant, antequam Romæ Coptici Miſſalis editio purgata prodiret.

(2) Diptycha mortuorum heic recitantur, qui apud Deum commendantur.

(3) Et cætera dicuntur, quæ infra parte 2. in Coptica Baſilii Liturgia continentur.

Digitized by Google

noſtras, quas commiſimus voluntarie aut involuntarie, ſcienter, vel ignoranter: Domine dimitte illas nobis.

Sacerdos. Tu enim es Deus miſericors, qui non vis mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Converte nos Domine per ſalutem tuam, & fac nobiſcum ſecundum bonitatem tuam; Tu, qui efficis plura, quam petimus, aut intelligimus.

Populus. Sicut erat, eſt, & erit a generatione in generationem & in ſæcula ſæculorum Amen.

Sacerdos. Ut in hoc, ſicut, & in omnibus, glorificetur, benedicatur, & exaltetur nomen tuum Sanctum magnum, in omnibus glorioſum, & benedictum, cum Patre tuo bono, & Spiritu Sancto. Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Proemium fractionis ad filium.

Domine Salvator noſter, amator hominum bone, qui vivificas animas noſtras. Deus, qui tradidiſti teipſum pro nobis in ſalutem pro peccatis noſtris, qui in multitudine miſericordiæ tuæ ſolviſti inimicitias hominum: Unigenitus Deus, qui es in ſinu Patris tui; Domine benedic.

Populus. Amen.

Sacerdos hoc loco manu ſiniſtra corpus tenet, & digitum ponit ſuper iſpodicon, *deinde digitum ponit ſuper Calicem, & digitum ſuum attollat ante ſignationem, poſtea Calicem ſignans dicit.*

Qui benedixiſti illo tempore, benedic etiam nunc ✠.

Populus. Amen.

Hic digitum e Calice tollit, deinde corpus ſignat ex ſuperiori, & infima parte ac dicit.

Qui ſanctificaſti illo tempore: Sanctifica etiam nunc ✠.

Populus. Amen.

Hic frangat corpus Sanctum, quin partem ſeparet a parte, & dicat.

Qui

Digitized by Google

Qui fregiſti illo tempore: frange etiam nunc ✠.

Populus. Amen.

Hic dividat, & partem unam alteri ſupponat in crucis figuram.

Qui dediſti tuis, diſcipulis Sanctis, & Apoſtolis puris illo tempore. Nunc Domine da nobis, & omni populo tuo omnipotens Domine Deus noſter.

Diaconus. Amen, amen. Orate.

Populus. Kyrie eleiſon, & cum ſpiritu tuo.

Hic Sacerdos dividat Sanctum Corpus ſequentem orationem recitans fractionis ad Filium S. Gregorii.

BEnedictus es Chriſte Deus noſter omnipotens, Salvator Eccleſiæ tuæ: Verbum intelligibile, & homo viſibilis, qui per incarnationem tuam incomprehenſibilem, præparaſti nobis panem cœleſtem, corpus hoc tuum Sanctum in myſterio, omnibus modis Sanctum. Miſcuiſti nobis calicem ex fructu vitis veræ, quæ eſt latus tuum divinum & immaculatum, ex quo, poſtquam tradidiſti ſpiritum, manavit nobis Sanguis, & acqua, quæ mundum univerſum purificaverunt. Acquire nos tibi, o bone, ſervos tuos: nos indignos fac tibi populum congregatum, regnum, Sacerdotium, & populum electum. Purifica nos Domine, ſicut ſanctificaſti has oblationes propoſitas, & feciſti illas inviſibiles ex viſibilibus, & myſteria tibi ſoli cognita, Domine Deus, & Salvator noſter Jeſu Chriſte. Tu per clementiam tuam magnam feciſti nos dignos filiatione per baptiſmum Sanctum, & docuiſti nos formam orationis myſticæ, ut per eam invocaremus Patrem tuum. Tu nunc, Domine, fac nos dignos, ut conſcientia munda, & cogitatione bona, quemadmodum decet filios, cum deſiderio, & fiducia, audeamus invocare Deum Patrem tuum ſanctum, qui eſt in cœlis, & dicamus, Pater noſter, qui es in Cœlis.

Digitized by Google

Alia Oratio fractionis ad filium.

TU es Verbum Dei Patris ſempiternum, Summus Pontifex, qui incarnatus & homo factus es pro ſalute hominum; & ex omnibus gentibus vocaſti tibi genus electum, Regnum, & Sacerdotium, ac populum ſanctum, gentem acquiſitionis. Idcirco Rogamus, & obſecramus bonitatem tuam, o amator hominum, ut hoc ſacrificium non ſit in vindictam peccatorum noſtrorum, & condemnationem iniquitatum noſtrarum, quod tibi obtulimus pro infirmitatibus noſtris, ſed quemadmodum ſanctiſſima tua hæc, & precioſa dona omni ſanctitate replere dignatus es per illapſum Sancti tui Spiritus ſuper illa; ita, & noſtrum peccatorum ſervorum tuorum ſanctificare dignare animas, corpora, Spiritus, & conſcientias noſtras, ut anima illuminata, facie non confuſa, corde puro, fide hypocriſis vacua, caritate perfecta, & ſpe firma, audeamus cum fiducia abſque timore dicere ſanctam orationem, quam tradidiſti tuis Sanctis Apoſtolis dicendo: quando orabitis, in hunc modum orate, Pater noſter, qui es in cœlis.

Oratio poſt Pater noſter ad Filium.

ETiam Domine, qui dediſti nobis poteſtatem calcandi ſerpentes, & ſcorpiones, & omnem Virtutem inimici, contere capita ejus ſub pedibus noſtris velociter, & repelle a nobis omnes ejus cogitationes malas contrarias nobis: tu es enim Rex omnium noſtrum, Chriſte Deus noſter: & tu es, cui ſurſum mittimus gloriam, honorem, & adorationem cum Patre tuo bono, ac Spiritu Sancto vivificante, tibique conſubſtantiali, nunc.

Diaconus. Humiliate capita veſtra Domino.

Populus. Coram Te Domine.

Sacerdos dicet Orationem inclinationis ad Filium.

TU, Domine, inclinaviſti cœlos, & deſcendiſti, & homo factus es propter ſalutem generis humani: Tu ſedes ſuper Cherubim, & ſeraphim, reſpiciſque humiles. Tu nunc, Domine,

Digitized by Google

ne, cum levamus oculos cordium noſtrorum ad Te, Domine, qui remittis iniquitates noſtras, qui redimis de interitu vitam noſtram; adoramus miſericordiam tuam inenarrabilem, rogamuſque te ut concedas nobis pacem tuam. Omnia nobis dediſti, acquire nos tibi, o Deus, neque enim alium novimus præter te, &, nomen tuum Sanctum pronunciamus. Converte nos, Deus, ad timorem tuum, & ad deſiderium tui; concede, ut perfruamur bonis tuis. Et qui inclinaverunt capita ſua ſub manu tua, extolle eos in hujus vitæ decurſu: orna eos virtutibus, & præſta, ut omnes digni ſimus regno tuo coeleſti, per beneplacitum Dei Patris tui boni, cum quo tu es benedictus, & cum Spiritu Sancto vivificante, tibique conſubſtantiali, nunc.

Diaconus. Attendamus cum timore Dei.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos dicit orationem abſolutionis ad Filium.

Domine Jeſu Chriſte Fili unigenite, &c. (1)

Concede nobis remiſſionem peccatorum noſtrorum: benedic nos, purifica nos, abſolveque nos, & omnem populum tuum. Memento Domine ſervorum, qui hodie in miniſterio ſunt conſtituti, illos abſolve, & dignos fac, ut miniſterium hoc impleant ſecundum beneplacitum tuum.

Hoc loco commemorat quos vult, & ſimiliter dicet commemorationem populi, uti in miſſa S. Baſilii, & in oratione thuris veſpertini, deinde proſequitur.

Memento Domine mei quoque humilis, & dimitte mihi multa mea peccata, & ubi abundavit delictum, ibi ſuperabundet gratia. Ne propter peccata mea, & ſordes cordis mei deprives populum tuum gratia Spiritus tui Sancti, ſed omnes abſolve. Reple nos timore tuo, dirige nos ad bonam voluntatem tuam, quia Tu es Deus noſter, tibique convenit gloria.

Deinde dicitur Salvatus *& cætera, ſicuti & initium confeſſio-*

(1) *Hanc orationem videſis in altera parte.*

feſſionis, uti præſcribitur in Miſſa S. Baſilii; poſtea autem ad Filium dicet Sacerdos.

Amen *ter*, Credo *ter*, & confiteor uſque ad ultimum vitæ ſpiritum, hoc eſſe corpus vivificum.

Sacerdos manu margheritam accipit.

Quod accepiſti Chriſte Deus noſter, ex Domina omnium noſtrum, deipara, pura Sancta Maria, feciſtique illud unum cum divinitate tua ſine confuſione, commiſtione, aut alteratione (1).

Et confeſſus es confeſſionem bonam coram Pontio Pilato. Dediſti illud pro nobis ſuper lignum Sanctum crucis, voluntate tua ſola, pro nobis omnibus. Credo divinitatem tuam ſeparatam non fuiſſe ab humanitate tua, ne momento quidem, aut nictu oculi. Dediſti illud pro nobis ad ſalutem, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam iis, qui ex illo communicabunt. Credo hoc vere ita eſſe.

Diaconus. Orate pro nobis, & pro omnibus Chriſtianis, *uti in Miſſa S. Baſilii.*

Sacerdos dicet. Et tibi convenit glorificatio una voce ab uno quoque, gloria, honor, & magnificentia &c.

Ora-

(1) Ex his verbis declaranda ſunt illa, quæ in Græca Gregorii Liturgia habentur in oratione fractionis, ubi una natura Dei verbi incarnata dicitur, una voluntas, una operatio, etſi enim locutiones iſtæ ſapiant, & plane redoleant monotheliticam, ac monophyſiticam ſectas, attamen accipiendæ ſunt, quo pacto intelliguntur, & aliquando prolatæ fuere a Patribus, qui hæreſes, ac ſectas memoratas præceſſerunt, ſcilicet, quod in Chriſto Domino una ſit divina natura, quæ carnem aſſumſit & humanam naturam per unionem in una Perſona; quare cum naturam humanam perfectam aſſumſiſſet, & hæc a divina perſona regeretur, contrarias voluntates in Chriſto non eſſe, ſed divinam & humanam in unam moraliter coaluiſſe dicebant, ſicuti & operationem unam vide Theologos Dogmaticos Natalem ab Alexandro, Petavium &c. Illud tamen heic diffiteri nequeo in ore Coptitarum ſuſpectas eſſe illas locutiones, uti in Præfatione plenius.

Digitized by Google

Oratio a Sacerdote dicenda poſt communionem.

GRatias agimus tibi Domine Chriſte Deus noſter, verbum verum, qui es ex ſubſtantia Patris, impollutum, & ſanctiſſimum; quia tantopere dilexiſti nos, & dediſti teipſum pro nobis immolatus; & conceſſiſti nobis vitam per Corpus tuum Sanctum, & precioſum tuum Sanguinem, quorum participatione nos modo dignatus es. Idcirco confitemur tibi, o Deus creaturæ tuæ amator, & offerimus tibi gloriam, honorem, & adorationem cum Patre tuo bono, & Spiritu Sancto nunc, & ſemper.

Alia Oratio gratiarum actionis, poſt communionem; dicet Sacerdos.

GRatias agimus tibi Pater noſter ſancte creator omnium, omnium præſtans, qui dediſti nobis hunc cibum ſanctum immortalem, myſticum: qui aperuiſti nobis viam vitæ; qui oſtendiſti nobis ſemitam, qua aſcenderemus ad cœlum; qui largitus es ſervis tuis multitudinem bonorum: Tu, Domine bone amator hominum, conſerva gratiam doni tui in nobis, ut non ſit nobis ad condemnationem; ſed ſit requies, gloria, acquiſitio vitæ, confirmatio animæ, & puritas corporis, ut vivamus in te, & adimpleamus juſtitiam omni tempore; & glorificetur nomen tuum ſanctum in nobis; Tu es enim Deus noſter, & tibi convenit gloria cum unigenito Filio tuo, ac Spiritu Sancto &c.

Diaconus. Capita veſtra Domino inclinate.

Oratio impoſitionis manuum ad Filium, quæ & inclinationis eſt.

QUi eſt, & fuit, (æternus) qui venit, atque iterum veniet, qui incarnatus, & homo factus eſt, & pro nobis Crucifixus eſt: paſſus eſt propria voluntate in corpore, cum eſſet impaſſibilis tamquam Deus; involutus eſt, & poſitus in ſepulcro, ſurrexit a mortuis tertia die, & aſcendit in cœlum, ſedetque ad dexteram majeſtatis Patris, & iterum venturus eſt

judicare vivos, & mortuos: quem benedicunt angeli, & laudant Archangeli, cujus gloriam loquuntur Seraphim, quem adorant Cherubim, quem timent, & tremunt omnes naturæ, Filius, verbum Dei Patris, Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Tu es, cui inclinat ſe populus tuus, & hæreditas tua, quam acquiſiviſti Sanguine tuo precioſo. Aſpice nos omnes, Domine, de cœlo ſancto tuo, & ex habitaculo tuo præparato: benedic ſervis tuis per omnes benedictiones ſpirituales: cuſtodi eos ſub potenti manu tua: confirma eos in fide tua: Da illis, & nobis, puritatem animarum, corporum, & ſpirituum noſtrorum, & concede nobis finem Chriſtianum, qui coram te acceptus ſit: quia regnum tuum, Chriſte Deus noſter, ſanctitate, & gloria plenum eſt, quod nos omnes conſequi ſperamus.

Deinde dicet. Per interceſſionem Dominæ omnium noſtrum, Sanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ: Et Archangelorum, chori Martyrum, & Cruce ſignatorum (1): benedictiones eorum, gratiæ, & auxilia ſint nobiſcum Amen.

Sive dicet, uti in alio Codice legitur.

Per interceſſionem Dominæ omnium noſtrum Deiparæ Virginis Sanctæ Mariæ: & trium Lucidorum Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis (2) & chori Martyrum, utque cruceſignatorum, & Angeli hujus diei benedicti: Benedictiones &c.

Sive dicet ita, ut in alio loco exſtat.

Et Tu es, cui ſurſum mittimus gloriam, honorem &c.

Explicit Miſſa S. Gregorii.

INI-

(1) Qui ſcilicet Crucem ſuper indumentum vel cucullam deferunt, atque proprie Monachi & aſcetæ deſignantur.

(2) Quatuor lucida in mſs. nominabantur, & 4. loco recenſebatur *Suriel*, quemadmodum, & plura alia commemorabantur, aſt in vulgato Miſſali expuncta fuere, tum ad prolixitatem vitandam, cum etiam hæreticorum hominum nomina eradenda, demum ne quid falſi contineretur.

Digitized by Google

INITIUM ANAPHORAE (1)

Sancti Marci Apoſtoli, quam collegit, & ordinavit Beatiſſimus Sanctus Cyrillus.

Oratio Velaminis (2) ad Patrem.

Sacerdos ſecreto.

CReator rerum omnium viſibilium, & inviſibilium; qui omnia per providentiam regis, tua enim ſunt omnia, Domine animarum amator: Deprecor te Domine omnipotens, ego imbellis, virtute carens, & inutilis præ omnibus miniſtris tuis, dum accedo ad Sancta Sanctorum tua, ad tractandum hoc myſterium ſanctum. Da mihi, Domine, Spiritum tuum ſanctum, ignem materiæ expertem, qui cogitatione comprehendi non poteſt, qui duritias omnes conſumit, qui incendit inventiones malas, & occidit membra terrena, & corporea, refrænatque motus animi, qui impellunt ad imaginationes plenas paſſione, & dolore: & ſicut decet Sacerdotes: effice me Superiorem omni cogitatione mortali, & da mihi verba pura, ut perficiam hanc oblationem propoſitam, quæ eſt myſterium omnium myſteriorum, in ſocietate & communione Chriſti tui, cui

(1) Hanc etiam appendicis loco damus, & latine vulgamus ex Coptico Miſſali, eſt autem ſimilis Græcæ Liturgiæ S. Marci, uti conferenti utramque facile adparebit, varietates autem, quæ occurrunt, Ritualis diſciplinæ propriæ ſunt, uti in Præfatione dixi.

(2) Hæc oratio ita appellatur, quia dici ſolet cum Sacerdos, ingreditur intra bema, ſeu ſolium Altaris, circa quod velum prætenditur apud Orientales, ut etiam apud Græcos, ne vulgi oculis ſacra myſteria exponantur. De velamine vide, quæ dixi in 5. Tomo Codicis Liturgici tum in præfatione pag. 37. cum etiam in expoſitione Sanctis Johannis Maronis pag. 342. 343.

Digitized by Google

cui tecum debetur gloria, & Spiritui Sancto vivificanti, tibique conſubſtantiali, nunc.

Hic Sacerdos dicet tres orationes minores, quæ in Miſſa Baſilii habentur, ſicuti & reliqua una cum ſymbolo Fidei; Sequitur deinde oratio Pacis S. Marci (1) *ad Patrem.*

Autor vitæ, & Rex ſæculorum, Deus, cui flectitur omne genu eorum, qui in cœlis ſunt, ſuper terram, & ſub terra: cui omnia ſubiiciuntur obſequio ſervitutis, & inclinantur ſub ſceptro Regni ejus, quem laudant exercitus Angelici, ordines cæleſtes, & naturæ intellectuales, inceſſabili voce loquentes divinitatem ejus: qui ita voluſti, ut nos imbelles, & terreni miniſtraremus tibi, non propter puritatem manuum noſtrarum, aut aliquod bonum opus noſtrum ſuper terram, ſed quia placuit tibi communicare nobis ſervis tuis infimis, & indignis quiddam ex puritate tua. Suſcipe nos ad te, o bone, & amator hominum, ut accedamus ad altare tuum Sanctum, ſecundum magnam miſericordiam tuam: & fac nos dignos pace cæleſti, quæ decet divinitatem tuam: quæque ſalute plena eſt, ut demus eam invicem in caritate perfecta, & oſculemur nos mutuo, in oſculo ſancto, neque per cogitationes abominabiles, deſpectui habeamus timorem tuum, aut mente doloſa, & malitia proditoris: neque conſcientiam habentes nequitiæ conſentientem, ſed cum gaudio animarum noſtrarum, & lætitia cordis noſtri, cum ſit nobis magnum ſignum & perfectum dilectionis Unigeniti Filii tui. Ne repellas nos ſervos tuos propter maculas peccatorum noſtrorum, tu enim, qui creaſti figmentum noſtrum, ſcis quod nullus natus ex muliere ſit, qui non peccet coram te. Fac nos omnes dignos, Domine ut corde puro, & anima plena gratiæ tuæ ſtemus coram te, & offeramus tibi hoc Sacrificium Sanctum, rationale, ſpirituale, & incruentum, ad remiſſionem deli-

(1) *Hæc oratio in aliis Codicibus, uti & apud Renaudot. pag. 39. tribuitur S. Cyrillo, & ſane in Græca Marci Liturgia deſideratur.*

deliƈtorum noſtrorum, & veniam ignorantiarum populi tui: quia tu es Deus clemens, & miſericors.

Diaconus. Orate pro pace perfeƈta, caritate, & oſculo Sanƈto Apoſtolico.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Et ad te ſurſum mittimus gloriam, honorem &c.

Diaconus. Salutate invicem in oſculo ſanƈto.

Alia oratio Pacis ad Patrem.

DEus caritatis, largitor concordiæ, & dator unanimis conſilii ad profeƈtum, qui dediſti nobis benigne præceptum novum per unigenitum Filium tuum, ut diligeremus alterutrum, ſicuti dilexiſti nos indignos, & errantes: dediſtique Filium tuum dileƈtum pro vita, & ſalute noſtra: Rogamus te Domine, tribue nobis famulis tuis omni tempore vitæ noſtræ ſuper terram, nunc vero præſertim, & præcipue animum immemorem malitiæ prioris, conſcientiam puram, & cogitationes ſynceras, ſimulque cor diligens fratres, ut demus oſculum ſpirituale, fugiamuſque exemplum Judæ proditoris, & quemadmodum diſcipuli tui, & Apoſtoli Sanƈti, ſalutemus invicem, & in ſanƈtitate ſanƈtificemur, & mundemur mediante Spiritu tuo Sanƈto, per gratiam &c.

Populus dicet ſalutationem.

Emmanuel Deus noſter eſt in medio noſtrum modo in gloria Patris ſui, & Spiritus Sanƈti: benedicat nos omnes: mundet corda noſtra: & ſanet vulnera animarum, & corporum noſtrorum.

Anaphora Sanƈti Cyrilli.

Diaconus dicit. Accedite, accedite, accedite juxta modum, ſtate cum tremore: aſpicite; Attendamus miſerationes pacis, & ſacrificium laudis.

Populus. Miſerationes pacis, & ſacrificium laudis.

Sacerdos. Dominus vobiſcum omnibus ✠.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos. Surſum corda veſtra.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum, & juſtum eſt.

Sacerdos. Dignum & juſtum eſt *ter*, quia tu vere dignus es; juſtum, ſanctum, conveniens, & neceſſarium animabus corporibuſque noſtris, æterne Domine Deus Pater omnipotens omni tempore, & in omni loco dominationis tuæ, ut laudem te, pſallam tibi, benedicam tibi, ſerviam tibi, adorem te, gratias agam tibi, celebrem te, confitear tibi die, ac nocte, labiis indeſinentibus, corde numquam ſilenti, & laude non interrupta. Tu creaſti cœlos, & quæ in cœlis ſunt, terram, & omnia, quæ in ea ſunt, maria, flumina, fontes & paludes, & omnia, quæ in eis ſunt. Tu creaſti hominem ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, & omnia creaſti in ſapientia tua, in lumine tuo vero, unigenito Filio tuo, Domino, Deo, Salvatore; & Rege noſtro Jeſu Chriſto: propter quod gratias agimus tibi, & offerimus tibi, eique ſimul, & Spiritui Sancto, Trinitati Sanctæ, conbſubſtantiali, & indiviſæ, hoc ſacrificium rationabile, & hoc miniſterium incruentum.

Sacerdos hic ſignat, & thus mittit in Thuribulum ac dicit.

Quod offerunt tibi omnes populi. *Hic Thuribulo ſignat ab oriente ad occidentem, & a ſeptentrione ad auſtrum dicens.*

Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, a ſeptentrione ad auſtrum. *Hic incenſat oblata.*

Quia nomen tuum, Domine, magnum eſt in omnibus gentibus, & in omni loco offerunt incenſum nomini tuo Sancto, & Sacrificium purum, ſimul cum hoc ſacrificio, & hac oblatione.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Rogamus, & obſecramus bonitatem tuam, amator hominum. Memento, Domine, pacis unius, unicæ, ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ tuæ.

Dia-

Digitized by Google

Diaconus. Orate pro pace unius unicæ, Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, pro ſalute populorum, & ſecuritate cujuſcumque loci, & ut dimittantur nobis peccata noſtra.

Populus reſpondet. Kyrie eleiſon.

Sacerdos dicit. Quæ exſiſtit a finibus terræ uſque ad fines omnibus populis & terris benedicito. Pacem cœleſtem inſere cordibus omnium noſtrum, ſed & pacem hujus vitæ benignus præſta nobis omnibus. Regem, exercitus, Poteſtates, & Conſiliarios, vulgus promiſcuum, vicinos noſtros, ingreſſum, & exitum noſtrum exorna omni pace, o Rex Pacis, da nobis pacem tuam, qui omnia nobis dediſti; poſſide nos, Deus Salvator noſter; non enim novimus alium præter te, & Sanctum nomen tuum invocamus: vivifica animas noſtras Spiritu tuo Sancto; neque prævaleat ſuper nos famulos tuos, nec ſuper populum tuum mors peccati.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Infirmos populi tui.

Diaconus. Orate pro Patribus, & fratribus noſtris infirmis, qui quovis morbo conflictantur, ſive in hoc, ſive in omnibus locis, ut Chriſtus Deus noſter nobis, & illis tribuat ſanitatem, & incolumitatem.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Viſita in miſerationibus, & benigne ſana, amove ab eis, & a nobis omnem languorem, omnem morbum; ſpiritum infirmitatis repelle: qui in morbis jamdiu detinentur, ac infirmi jacent, erige, & ſolare eos: qui a ſpiritibus immundis vexantur, omnes redime: qui in carceribus, vinculis, exilio, captivitate; amara ſervitute detinentur, & divexantur, omnes libera Domine, omnium miſerere: Tu enim erigis lapſos, ſolvis vinctos, ſpes es eorum, qui ſunt ſine ſpe; adiutorium eorum, qui ſunt abſque auxilio; Portus eorum, qui in naufragio ſunt: omnis animæ anguſtiatæ refrigerium. Da omnibus quietem, auxilium, & miſerere omnium. Noſtrarum quoque

Digitized by Google

Domine animarum languoribus medere, corpora noſtra ſana: o Medice animarum, & corporum noſtrorum verax, qui viſitas, ac regis omne vivens, confugimus ad tuum ſalutare.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Patrum, & fratrum noſtrorum, qui peregre ſunt conſtituti, vel iter agunt.

Diaconus. Orate pro Patribus & fratribus noſtris iter agentibus, & qui deſignaverunt ad quemcumque locnnt proficiſci; omnium ſemitas dirige, ſive in mari, ſive in fluminibus, ſive in paludibus, ſive in viis planis, & qui iter agunt quovis modo: ut Chriſtus Deus noſter illos ad proprias habitationes reducat incolumes; ac nobis peccata noſtra dimittat.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Et qui ad quemlibet locum iter agere decreverunt; omnium ſemitas dirige, in mari, vel in fluminibus, vel in paludibus, vel in viis tritis, & qui quovis modo iter agunt: ununquemque ad propria reſtitue, ad portum dirige, portum ſalutis. Dignare eis ſocius eſſe in velis, & ingreſſibus. Lætos & incolumes adduc eos in proprias habitationes, omnia opera eorum bona effice. Noſtram quoque Domine peregrinationem n hoc ſeculo ſerva innocuam abſque turbatione uſque in finem.

Populus. Kyrie eleiſon.

Deinde recitabit preces pro fructibus, aquis &c. prout in Miſſa S. Baſilii præſcribitur.

Sacerdos. Regem Terræ noſtræ famulum tuum.

Diaconus. Orate, ut Chriſtus Deus noſter benignus nobis tribuat miſericordiam invenire in conſpectu Regum ſublimium, & eorum corda flectat erga nos in bonum omni tempore, ac nobis peccata dimittat.

Sacerdos. Conſerva eum in pace juſtitia & virtute, ſubde illi omnes barbaros, & omnes gentes, quæ bella volunt. Nobis omnibus affluentiam bonorum tribue. Ad cor ejus loquere pro pace unius unicæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ tuæ.

Da,

Digitized by Google

Da, ut cogitet, quæ pacis ſunt erga nos, & Sanctum nomen Tuum, ut nos viventes quietam & tranquillam ducamus vitam, & inveniamur in conſpectu Tuo pleni omni pietate & caſtitate.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Patribus & Fratribus noſtris, quorum animas ad Te tranſtuliſti, requiem concede. Memento etiam omnium Sanctorum, qui Tibi placuerunt ab initio, patrum noſtrorum Sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Prædicatorum, Evangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, & omnium Spirituum juſtorum, qui conſummati ſunt in fide. Præcipue vero Sanctæ, glorioſiſſimæ ſemper Virginis, Dei Genitricis Mariæ; & S. Johannis Præcurſoris, Baptiſtæ, & Martyris: Sancti Stephani Archidiaconi, & Protomartyris, Sancti Marci Apoſtoli caſti, Evangeliſtæ, & Martyris: Patriarchæ S. Athanaſii, S. Cyrilli, S. Baſilii, S. Gregorii, Sancti Patris noſtri magni Anba Antonii; & S. Abbatis Macarii, & Macarii (1) & omnis chori Sanctorum tuorum.

Sacerdos dicet tono Job.

Neque enim digni ſumus Domine, qui ſupplicemus pro illis beatis, ſed quoniam illi ſtant coram throno Unigeniti Filii tui, ipſi pro nobis pauperibus & infirmis intercedant. Parce delictis noſtris propter orationes eorum ſanctas, & benedictum nomen tuum, quod invocatum eſt ſuper nos.

Diaconus. Qui legunt.

Sacerdos orat ſecreto.

Memento Domine Patrum noſtrorum Sanctorum orthodoxorum, & Archiepiſcoporum qui dudum obdormierunt; quique verbum veritatis recte diſpenſarunt; & da nobis partem, & hæreditatem cum ipſis. Memento etiam horum, quos hodie commemoramus.

Cætera require in miſſa Sancti Baſilii.

(1) In mſs. alia plura legebantur nomina, quæ expuncta merito fuere.

Deinde Diaconus dicat.

Orate pro Patribus, & fratribus noſtris qui ab initio quieverunt, & obdormierunt in fide Chriſti. Pro Patribus noſtris Sanctis Archiepiſcopis, & Patribus noſtris Epiſcopis, ac Patribus noſtris Hegumenis, Presbyteris, & fratribus noſtris Diaconis: Patribus noſtris Monachis, & pro Patribus noſtris Sæcularibus, & pro omnium Chriſtianorum quiete; ut Chriſtus Deus noſter omnium animas requieſcere faciat in paradiſo voluptatis: nobis autem miſereatur & parcat peccata.

Poſtea Sacerdos dicet benedictionem, & cætera quae habentur in Miſſa S. Baſilii. Sacerdos autem poſt diptycha dicet.

Et horum omnium, ac ſingulorum, Domine, quorum nomina commemoravimus, & quos non memoravimus, quoſque in mente ſua habet unuſquiſque noſtrum, & qui non ſunt ex nobis, qui obdormierunt & requieverunt in fide Chriſti, dignare animabus omnium quietam concedere in ſinibus. SS. PP. noſtrorum Abrahami, Iſaac, & Jacob; illos deduc in locum herbidum ſuper aquas refrigerii in paradiſo voluptatis, ex quo aufugit dolor cordis, triſtitia, & gemitus, in lumine Sanctorum tuorum. Excita corpora eorum die praeſtituta juxta veraces, ac fideles promiſſiones tuas. Da illis bona promiſſionum tuarum, quae oculus non vidit, auris non audivit, neque in cor hominis aſcendit quod præparaſti o Deus diligentibus nomen ſanctum tuum: mors non dominetur ſervis tuis, ſed vivant; quod ſi negligentes, aut tepidi fuere; quum homines eſſent corpore induti, & in hoc mundo habituverint, Tu o bone hominum amator Deus benignus illis indulge, neque enim ullus eſt purus a ſorde, etſi una die vitam egerit in terra. Illi etiam, o Domine, quorum animas cepiſti, quietem habeant, & cæleſte conſequantur regnum; ac nobis omnibus perfectionem concede Chriſtianam, qua placeamus tibi. Et da nobis & illis partem & hæreditatem cum omnibus Sanctis tuis.

Po-

Digitized by Google

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Hoſtias, & oblationes.

Diaconus. Orate pro offerentibus hoſtias, dona, primitias, oleum, thura, velamina, libros ad lectiones, & vaſa altaris. Ut Chriſtus Deus noſter retribuat eis in Hieruſalem cæleſti, nobiſque peccata dimittat.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Et confeſſiones eorum, qui honorem, & gloriam nomini ſancto offerunt, ſuſcipe ad Te ſuper altare tuum rationale, caeleſte; unguentum bonum intret in conſpectu majeſtatis tuæ cæleſtis per miniſterium Angelorum, & Archangelorum tuorum Sanctorum. Sicuti ſuſcepiſti ad Te oblationem juſti Abel; & Sacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & duo minuta viduæ, ita ſuſcipe ad Te vota ſervorum tuorum, ſive parum, ſive multum, ſive occulte, ſive manifeſte obtulerint: & illis, qui voluerunt offerre, nec unde facerent, habuere; ut etiam illis qui hodie tibi hæc munera obtulerunt, da incorruptibilia pro corruptibilis, cæleſtia pro terrenis, æterna pro temporalibus: domos eorum, & cellas pennarias bonis omnibus reple; circumda eos Domine poteſtate Angelorum, & Archangelorum tuorum Sanctorum: & ſicut memores fuerunt nominis tui ſancti ſuper terram, memento illorum in regno tuo, & in hoc ſæculo ne derelinquas eos.

Hoc loco nomina Epiſcoporum non recitabit, ſed ſolum Patriarcham commemorabit.

Patriarcham noſtrum Venerabilem Patrem *N.*

Diaconus. Orate pro vita, & incolumitate Patriarchæ, & Patris noſtri Archiepiſcopi *Anba N.* ut Chriſtus Deus noſter conſervet vitam ejus ad multos annos, ac temporibus tranquillis: & nobis peccata noſtra dimittat.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos dicet orationem pro Papa (1)

CUſtodiendo conſerva illum nobis ad multos annos, & per tranquilla tempora, ut adimpleat perfecte officium Sancti Pontificatus, qui illi a te collatus eſt, ſecundum voluntatem tuam ſanctam & beatam, recte diſpenſans verbum veritatis, & paſcens populum tuum in ſanctitate & juſtitia; concede illi, & nobis ſalutem, & pacem ex quacumque parte: & preces ejus, quas facit pro nobis, & pro omni populo tuo, ut eas, quae pro illo a nobis fiunt, ſuſcipe eas ad te ſuper altare tuum rationabile, caeleſte cum odore thuris. Inimicos quoque ejus omnes, viſibiles, & inviſibiles, contere, & deiice ſub pedibus ejus velociter: illum quoque conſerva in pace, & juſtitia, in Eccleſia tua Sancta.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento Domine, Epiſcoporum Orthodoxorum, in quocumque loco ſint.

Diaconus. Orate pro Epiſcopis Orthodoxis ubicunque ſint; & pro Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, Lectoribus, Cantoribus, & omnibus ordinibus Eccleſiae, ut Chriſtus Deus noſter eos ſervet ab omni malo, & nobis peccata dimittat.

Sa-

---

(1) Papæ nomine intelligitur Epiſcopus Alexandrinus qui a Cyrilli tempore, ſi Balſamoni credimus in tract. de Privileg. Patriarcharum, ita appellatus fuit quod in Epheſina Synodo vices Romani Pontificis ſuſtinens, ab eo privilegia acceperit, atque ipſum Papæ nomen; ſicut & λῶρον quod vocant, ſive tiaram ab eo tempore eadem ratione geſtare cæpit ſecundum opinionem ejuſdem Balſamonis in Photii nomocat Tit. 7. c. 1. Aliam nominis Papæ rationem refert Eutychius Alexandrinus T. I. pag. 383. cum, ſcribit, Plebei homines, & Laici audirent Epiſcopos appellantes Patriarcham *Abba* hoc eſt *Patrem*; inter ſe dixerunt: quandoquidem nos Epiſcopum, appellamus *Abba*, eodemque modo Epiſcopus Patriarcham appellat *Abba*, oportet ut eum nos Papam appellemus, hoc eſt *Avum*, cum ſit Pater Patrum: Ita ab Heraclæ tempore, Patriarcha Alexandrinus vocatus eſt Papa.

Sacerdos. Sacerdotum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Lectorum, Cantorum, Exorciſtarum, Monachorum, Virginum, Viduarum, Orphanorum, continentiam Exercentium, & Laicorum: illorum, qui Matrimonio juncti ſunt, & illorum, qui educant filios: qui dixerunt nobis, mementote noſtri, & qui non dixerunt: quos novimus, & quos non novimus: inimicorum, & amicorum noſtrorum: Domine eorum miſerere.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento Domine, reliquorum Orthodoxorum, qui ſunt ubique terrarum.

Diaconus. Orate pro reliquis Orthodoxis, qui ſunt ubique terrarum, ut Chriſtus Deus noſter ſit illis propitius, & miſereatur eorum, & dimittat nobis peccata.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Domine Salva. Memento Domine, hujus loci ſancti tui, & omnium locorum, & habitationum Patrum noſtrorum Orthodoxorum.

Diaconus. Orate pro Securitate hujus loci ſancti, & omnium locorum, & Monaſteriorum Patrum noſtrorum Orthodoxorum, Eremitarum, & Anachoretarum, & illorum, qui habitant in eis, & pro ſecuritate totius mundi, ut Chriſtus Deus noſter conſervet eos ab omni malo, & parcat nobis.

Sacerdos. Omnes Urbes, Regiones, & Provincias, & omnes domos Fidelium conſerva, & nos omnes in Fide Orthodoxa uſque ad extremum ſpiritum: hæc enim ſpes noſtra eſt.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos, Memento Domine, Circumſtantium, qui nobiſcum deprecationis participes ſunt.

Diaconus, Orate pro Circumſtantibus, qui hic participes ſunt nobiſcum deprecationis: ut Chriſtus Deus noſter conſervet eos, miſereatur eorum, ſuſcipiat illorum preces, & nobis parcat.

Sacerdos. Patres, fratres noſtros, & reliquos ubicumque ter-

Digitized by Google

terrarum ſint, conſerva nobiſcum, præſidio exercitus poteſtatum Sanctarum: & libera nos a telis igneis Diaboli, & ab omnibus inſidiis diabolicis, & ab omni laqueo vanæ gloriæ.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Memento Domine, omnium, qui nobis præceperunt, ut eorum memores eſſemus.

Diaconus. Orate pro omnibus, qui nobis præceperunt ut eorum memores eſſemus in orationibus, & ſupplicationibus noſtris: ut Chriſtus Deus noſter liberet eos ab omni malo, & ſemper memor ſit eorum in bonum, nobiſque peccata dimittat.

Sacerdos. In orationibus & ſupplicationibus ad Te noſtris, Chriſte Deus noſter, & præſertim hoc tempore hujus oblationis ſanctæ: quorum memoriam ſemper agimus, & quos unuſquiſque noſtrum in mente habet; & eorum commemoratio, quæ hodie agitur, ſit ipſis tamquam firmus murus, ſuperans omnes dæmoniorum inſultus, & conſilia hominum improborum.

Populus. Kyrie eleiſon.

Diaconus. Adorate Deum cum timore, & tremore.

Sacerdos ſecreto. Memento, Domine, tenuitatis meæ, & miſeriæ animæ meæ, & largire mihi, ut intelligam quantæ dignitatis ſit adſtare me ad Altare tuum ſanctum. Aufer a me omnia deſideria inſipientiæ, & juventutis; neque hoc mihi grave ſit cum reſpondendum erit in die illo terribili. Libera me etiam ab omnibus operationibus poteſtatis adverſarii: neque me perdas propter iniquitates meas, neque iraſcaris mihi uſque in æternum, neque ſerves mihi mala mea, ſed oſtende mihi bonitatem erga me tuam, & libera me indignum ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ ſuper me.

Hic Sacerdos dicat alta voce tono veteri (1) *Moyſis*.

Ut benedicam tibi ſemper omnibus diebus vitæ meæ.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sa-

---

(1) Renaudot habet pag. 95. *tono Geneſis*.

Sacerdos. Memento, Domine, conſeſſus hujus ſacerdotalis Sancti tui.

Diaconus. Orate pro hoc Sancto Sacerdotali conſeſſu, & pro omni ordine Sacerdotum Orthodoxorum, ut Chriſtus Deus noſter confirmet illos in fide orthodoxa uſque ad extremum Spiritum. Nobis autem peccata dimittat.

Sacerdos. Et omnis ordinis Sacerdotalis orthodoxorum, & univerſi populi tui qui ſtat coram te. Memento noſtri, Domine, in miſericordia, & miſerationibus, & dele iniquitates noſtras, o bone, & amator hominum. Eſto, Deus, ſocius nobiſcum, ut miniſtremus nomini tuo Sancto.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Benedic congregationi noſtræ ✠.

Diaconus. Orate pro hac congregatione noſtra, & pro omni congregatione populorum Orthodoxorum, ut Chriſtus Deus noſter benedicat, & perficiat illas in pace, ac nobis peccata dimittat.

Sacerdos manu accipit thuribulum, & dicit.

Cultum idolorum prorſus ex mundo extermina: Satanam, & omnes poteſtates ejus peſſimas contere, & deprime ſub pedibus noſtris velociter: ſcandala, & eorum Autores compeſce, ut finiantur diviſiones pernicioſæ hæreſeon: hoſtium Eccleſiæ tuæ ſanctæ, Domine, ut ſemper, ita etiam nunc deſtrue ſuperbiam cordis: fac illis notam velociter imbecillitatem ſuam: reprime eorum invidiam, fraudes, machinationes, & calumnias, quibus nos oppugnant: eaſque redde omnes inutiles: diſſipa conſilia eorum, *tono veteri*, Deus, qui diſſipaſti conſilium Achitophel.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Exurge, Domine Deus, & diſſipentur omnes inimici tui, & fugiant a facie tua omnes, qui oderunt nomen ſanctum tuum.

Digitized by Google

Hic Sacerdos converſus ad occidentem, populum incenſat.

Et populus tuus in benedictionibus millies millenis, & decies millies decies millenis, faciat voluntatem tuam.

Diaconus. Qui ſedetis ſurgite.

Sacerdos. Solve vinctos.

Populus. Kyrie eleiſon:

Sacerdos. Salva eos qui neceſſitatem patiuntur: *Kyrie eleiſon.* Eſurientes ſatia: *Kyrie.* Conforta puſillanimes: *Kyrie.* Lapſos erige: *Kyrie.* Stantes confirma: *Kyrie.* Errantes converte: *Kyrie.* Perduc eos omnes ad viam ſalutis tuæ: *Kyrie.* Numera illos omnes cum populo tuo: *Kyrie.* Libera nos a peccatis noſtris: *Kyrie.* Eſto nobis cuſtos, & protector in omnibus: *Kyrie eleiſon.*

Diaconus. Ad orientem aſpicite.

Sacerdos. Tu es enim Deus excelſus ſuper omnes principatus, & poteſtates; dignitates, & dominationes, & ſuper omne nomen, quod nominari poteſt, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Tu es enim, coram quo aſſiſtunt mille milleni, & decies mille decies milleni Angeli & Archangeli Sancti, tibi miniſtrantes. Tu es enim, cui aſſiſtunt coram duo animalia glorioſiſſima ſex alis inſtructa; plena oculis, Seraphim, & Cherubim duabus alis tegunt facies ſuas propter divinitatem tuam inviſibilem, nec mente comprehenſibilem: duabus tegunt pedes ſuos, & duabus volant.

Hic Sacerdos extollit vocem. Unuſquiſque eorum ſemper te ſanctificat, ſuſcipe quoque Sanctificationem noſtram a nobis, Domine, ut cum illis Te laudemus dicentes.

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaot: Cœli, & terra pleni ſunt gloria tua Sancta.

Sacerdos manus obluit dicens.

Aſperges me hyſſopo tuo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor: auditui meo dabis gaudium, & lætitiam,

tiam, & exultabunt oſſa mea humiliata: lavabo pure manus meas, & circumdabo altare tuo Domine, ut audiam vocem laudis tuæ.

Deinde velum manu tenens, ter ducit ſignum Crucis, & primo quidem ſeipſum ſignat, 2. Miniſtros, 3. populum, qui interim dicit Sanctus. *Sacerdos autem ſocius altare circuit cum thuribulo.*

Diaconus. Attendamus.

Populus. Accedite ad hanc menſam. Benedictus Deus cum Angelis & Archangelis dicite, & clamate. Sanctus, Sanctus, Sanctus es Domine. Alleluja. Gloria Patri &c. *Reliqua vide in Miſſa S. Baſilii.*

Deinde Sacerdos dicit.

Sanctus Dominus Sabaot, pleni ſunt cœli, & terra gloria tua ſancta Domine Deus noſter. Vere pleni ſunt cœli, & terra gloria tua ſancta, per Unigenitum tuum Dominum, Deum, Salvatorem, ac Regem omnium noſtrum Jeſum Chriſtum; hanc hoſtiam, quam tibi offerimus, imple Domine benedictione ✠.

Sacerdos ſignat. Quæ ex Te eſt; per illapſum Spiritus tui Sancti. Benedicendo benedic ✠. *Signat ſecundo.*

Populus. Amen.

Sanctificando conſecra ✠. *Tertio ſignat.*

Populus. Amen.

Sacerdos panem, & vinum manu deſignat inquiens.

Has honorandas oblationes, quæ toram te propoſitæ ſunt, hunc panem, & hoc vinum. Quia Filius tuus Unigenitus Dominus, Salvator, & Rex omnium noſtrum.

Hic manus ſuas incenſat ſuper thuribulum eas ponens.

In nocte illa, qua tradidit ſeipſum in paſſionem pro peccatis noſtris, & in mortem, quam voluntarie ſuſcepit ipſe unus pro nobis omnibus.

Digitized by Google

Populus. Credimus ita eſſe in rei veritate.

Sacerdos. Accepit panem in manus ſuas ſanctas, impollutas, immaculatas, beatas, & vivificas.

Populus. Ita eſt in rei veritate Amen.

Sacerdos. Et ſuſpexit ſurſum in cœlum ad Te Deum Patrem ſuum, & Dominum univerſorum, & gratias egit ✠.

Populus. Amen.

Et benedixit illum ✠.

Populus. Amen.

Et ſanctificavit eum ✠.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et fregit eum, deditque ſuis diſcipulis honorandis ſanctis Apoſtolis puris dicens: Accipite manducate ex eo omnes: Hoc eſt enim corpus meum, quod frangitur pro vobis, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Hoc ita eſt in rei veritate Amen.

Sacerdos. Similiter, & calicem poſt cœnam miſcuit vino, & aqua, & gratias egit ✠.

Populus. Amen.

Et benedixit eum ✠.

Populus. Amen.

Et ſanctificavit illum ✠.

Populus. Amen.

Et guſtavit deditque ſuis honorandis diſcipulis Sanctis, & Apoſtolis puris dicens: Accipite bibite ex eo omnes: Hic eſt enim Sanguis meus novi Teſtamenti, qui pro vobis effunditur, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in mei memoriam.

Populus. Ita eſt in rei veritate, Amen.

Sacerdos ſocius cum thuribulo circuit Altare, & Sacerdos miniſtrans deſignat Corpus, & Sanguinem dicens.

Quotieſcumque ex hoc pane manducabitis, & ex hoc calice

Digitized by Google

lice bibetis, mortem meam annunciabitis, Reſurrectionem meam confitebimini, & mei memoriam facietis donec veniam.

Populus. Mortem tuam, Domine, annunciamus &c.

Sacerdos. Nunc etiam, Deus Pater omnipotens annunciamus mortem Unigeniti Filii tui Domini, Dei, Salvatoris, & Regis omnium noſtrum Jeſu Chriſti: Confitemur reſurrectionem ejus Sanctam, & aſcenſionem ejus ſurſum in cœlos, ſeſſionemque ejus ad dexteram tuam, o Pater; & exſpectamus adventum ejus ſecundum, quo venturus eſt ex cœlis, terribilem, & gloria plenum, in conſummatione hujus ſæculi: in quo veniet ad judicandum orbem in æquitate: & dabit unicuique ſecundum opera ſua ſive bonum ſive malum.

Populus. Secundum miſericordiam tuam, Domine, & non ſecundum peccata noſtra.

Sacerdos. Tu es coram cujus gloria Sancta oblationes noſtras propoſuimus, ex illis, quæ tua ſunt, Pater ſancte.

Diaconus. Adorate Deum cum timore.

Sacerdos ſecreto.

Oramus, & obſecramus bonitatem tuam Amator hominum: ne confundas nos confuſione æterna, neque reiicias nos ſervos tuos, neque repellas nos a facie tua, neque dicas nobis neſcio vos: ſed da aquas capitibus noſtris, & fontem lacrymarum oculis noſtris, ut ploremus die, ac nocte coram te delicta noſtra: quia nos ſumus populus tuus, & oves paſcuæ tuæ. Dele iniquitates noſtras, & remitte delicta noſtra, quæ commiſimus voluntarie aut involuntarie, ſcienter, vel ignoranter, occulta, & manifeſta, quæ pridem agnovimus, aut quæ obliti ſumus, quæque novit nomen ſanctum tuum. Audi, Domine, deprecationem plebis tuæ; reſpice ad Suſpiria ſervorum tuorum neque propter mea peccata, aut immunditias cordis mei, deprives populum tuum adventu Spiritus tui Sancti.

Populus ter. Miſerere noſtri Deus Pater omnipotens.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos involvit manus ſuas velo, & ſignum crucis facit verſus populum.

Populus enim tuus, & Eccleſia tua obſecrant te dicentes. Miſerere noſtri Deus Pater omnipotens.

Diaconus. Adorate Deum Patrem omnipotentem.

Sacerdos ſecreto.

Et mitte deorſum ex excelſo tuo Sancto, & ex habitaculo tuo præparato, & ex incircumſcripto ſinu tuo, & ex ſolio regni gloriæ tuæ, Paraclitum Spiritum tuum Sanctum, ſubſiſtentem in perſona, immutabilem, nec alterationi obnoxium, Dominum, vivificantem, qui locutus eſt in lege, Apoſtolis, & Prophetis: qui eſt ubique, & omnia loca replet, neque loco continetur: qui libere, propria poteſtate operatur, ſecundum voluntatem tuam, puritatem in iis, quos diligit, & non ſicut miniſter: qui eſt ſimplex in natura ſua, & in operatione ſua multiplex: Fons donorum divinorum: Conſubſtantialis tibi, a te procedens, ſocius throni regni gloriæ tuæ, cum filio tuo Unigenito Domino Deo Salvatore, & Rege omnium noſtrum Jeſu Chriſto; ſuper nos ſervos tuos, & ſuper hæc veneranda dona propoſita coram te, ſuper hunc panem, & ſuper hunc calicem, ut purificentur, & transferantur.

Diaconus. Attendamus Amen.

Populus. Amen.

Sacerdos alta voce ſignans ter corpus.

Et hunc quidem panem, faciat Corpus Sanctum Chriſti.

Populus. Amen.

Sacerdos ſignans ter Calicem.

Et hunc calicem faciat Sanguinem pretioſum novi Teſtamenti.

Populus. Amen.

Sacerdos. Domini Dei, Salvatoris, & Regis noſtri omnium Jeſu Chriſti.

Populus. Amen.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos. Ut ſint nobis omnibus, qui ea percepturi ſumus: *Kyrie eleiſon*. Utilia ad obtinendam fidem ſine diſputatione: *Kyrie eleiſon*. Caritatem abſque hypocriſi: *Kyrie eleiſon*. Patientiam perfectam: *Kyrie eleiſon*. Spem firmam: *Kyrie eleiſon*. Fiduciam, & protectionem: *Kyrie eleiſon*. Sanationem, & gaudium: *Kyrie eleiſon*. Renovationem animæ, corporis, & Spiritus: *Kirie eleiſon*. Ad gloriam nobis tui Sancti: *Kyrie eleiſon*. Ad ſocietatem beatam vitæ æternæ, & incorruptibilis: *Kyrie eleiſon*. Ad remiſſionem peccatorum: *Kyrie eleiſon*.

Populus. Sicut erat &c.

Sacerdos. Ut in hoc, ſicut & in omnibus rebus glorificetur, benedicatur, & extollatur nomen tuum magnum, ſanctiſſimum, venerandum, & benedictum, cum Jeſu Chriſto Filio tuo dilecto, & Spiritu Sancto. Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpirito tuo.

Dicet Sacerdos ante fractionem.

Item gratias agimus Deo omnipotenti Patri Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: quia dignos nunc fecit nos, qui ſtaremus in hoc ſancto loco, & manus noſtras ſurſum attolleremus, atque ſancto ejus nomini miniſtraremus. Illum etiamnum rogamus, ut dignos nos faciat communione miſteriorum ſuorum divinorum. & immortalium.

Populus. Amen:

Sacerdos accipit Corpus in manus ſuas, & dicit.

Corpus ſanctum, & Sanguis Pretioſus Chriſti omnipotentis Domini Dei noſtri.

Diaconus. Amen, Amen, Orate.

Populus. Kyrie eleiſon, & cum ſpiritu tuo.

Oratio fractionis; dicit Sacerdos.

DEus qui præelegiſti nos ad dignitatem filiorum, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, per beneplacitum voluntatis tuæ, ad gloriam, & laudem gratiæ tuæ, quam largitus es nobis per dilectum tuum, per quem facta eſt nobis ſalus, & per cujus

cujus pretioſum Sanguinem data eſt nobis remiſſio peccatorum: gratias agimus tibi, Domine Deus Pater omnipotens, quod nos feceris dignos, nos peccatores, ſtandi coram te in hoc loco ſancto, & perficiendi myſterium hoc ſanctum, & Cæleſte: ut quemadmodum feciſti nos dignos iſta perficiendi, ita etiam digni efficiamur communione, & perceptione illorum. Tu qui aperuiſti oculos cæcorum, aperi oculos cordium noſtrorum, ut repellamus a nobis tenebras omnes malitiæ, & nequitiæ, quæ maculæ ſimilitudinem habeat: ut poſſimus attollere oculos noſtros ad ſplendorem gloriæ tuæ ſanctæ. Aut ſicut mundaſti labia ſervi tui Iſaiæ Prophetæ, quando Seraphim unus accepit forcipe carbonem deſuper Altari, & acceſſit ad eum, dixitque illi: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferentur iniquitates tuæ, & mundabuntur omnia peccata tua, ita quoque fac erga imbelles peccatores, miſeros ſervos tuos, Dignare ſanctificare animas noſtras, corpora noſtra, labia, & corda noſtra: & da nobis carbonem illum verum, qui præſtat vitam animabus, corporibus & ſpiritibus noſtris, qui eſt corpus ſanctum & Sanguis pretioſus Chriſti tui: non ad condemnationem, aut ita ut incidamus in judicium; neque ad confuſionem, aut ad fletum propter delicta noſtra, ut non indigne illis communicemus, & propter illa rei non fiamus: neque multitudo beneficiorum tuorum, Domine, cauſa ſit nobis gravioris, & majoris Judicii, ſi erga te ingrati ſumus, bonorum auctor. Verum largire nobis Spiritum Sanctum tuum, ut cordibus puris, & conſcientiis nitidis, facieque inconfuſa, fide non ficta, caritate perfecta, & ſpe firma, audeamus cum fiducia orare, dicendo orationem ſanctam, quam dilectus filius tuus tradidit familiaribus ſuis, ſanctis diſcipulis, & Apoſtolis dicens illis, quotieſcunque precari volueritis, orate in hunc modum, & dicite. Pater noſter qui es in Cœlis.

Alia oratio fractionis petenda eſt ex Miſſa S. Baſilii.

Ora-

Digitized by Google

Oratio poſt Pater noſter.

Sacerdos.

ROgamus te, Deus Pater omnipotens, ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos a malo: actiones Diabolicas a nobis remove: Inſidias per conſilia improborum hominum, omes inutiles effice. Protege nos ſemper dextera tua vivificante, tu qui es adjutor noſter, & auxiliator noſter, per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum; cui.

Alia Oratio poſt Pater noſter.

ETiam Domine Deus noſter rogamus te, ne inducas nos in tentationes, quas ferre non poſſimus propter imbecillitatem noſtram: ſed & libera nos ab omnibus aliis tentationibus, ut poſſimus extinguere omnes ſagittas ardentes diabolicas: & libera nos a malo, & operibus ejus, per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, per quem,

Diaconus. Capita veſtra Domino inclinate.

Populus. Coram te Domine.

Alia Oratio poſt Pater noſter.

LIbera nos a malo, Chriſte Deus noſter, qui dediſti nobis impaſſibilitatem per Paſſiones tuas, immortalitatem per mortem tuam, & incorruptibilitatem per ſanctam tuam Reſurrectionem: & ne permittas, ut mentibus noſtris capti ſervi efficiamur Paſſionum, ne ſeducti ab adverſario oblivifcamur tui, o Deus bonorum auctor, & mundanis illecebris, quæ animam corrumpunt, illectis mentibus noſtris iis inſpiret blaphemare nomen ſanctum ſuum; ſed effunde ſuper nos caritatem tuam per Spiritum tuum Sanctum, quem dediſti nobis ſecundum voluntatem Dei Patris tui boni, per quem.

Oratio inclinationis dicenda ad Patrem ante communionem.

DEus qui ita nos dilexiſti, dediſtique nobis dignitatem filiorum, ut filii Dei vocaremur, & eſſemus, hæredes quidem tui, Deus Pater, cohæredes autem Chriſti tui; inclina aures tuas, & audi nos proſtratos coram te: & purifica homi-

nem noſtrum interiorem, ſecundum ſanctitatem Filii tui unigeniti, quem ſuſcipere animo deſignamus: fugiantque a nobis fornicatio, & omnis cogitatio immunda, propter Deum qui ex Virgine (natus eſt). Gloriatio, & malum antiquum, quod eſt ſuperbia, propter eum qui humiliavit ſemetipſum pro nobis: timor, propter eum qui paſſus eſt in carne propter nos, & erexit victoriam crucis: Vana gloria, propter eum qui verberatus, & flagellatus eſt pro nobis, & non avertit faciem ſuam a confuſione ſputorum: Invidia, homicidium, diſſenſio, & odium, propter Agnum Dei qui abſtulit peccatum mundi: ira, & injuriarum recordatio, propter eum qui affixit cruci Chirographum peccatorum noſtrorum. Fugiant demones, & diabolus propter eum qui principes malitiæ disjecit, & poteſtates tenebrarum palam triumphavit. Omnes cogitationes malas, & terrenas procul rejiciamus a nobis, propter eum qui aſcendit ad Cœlos, ut ita purificemur, & percipiamus hæc myſteria pura, & perfecte purificati ſimus in animabus, corporibus, & ſpiritibus noſtris: adeo ut participes ſimus corporis, ſicut & formæ; & partis Chriſti tui,

Oratio (1) *gratiarum actionis poſt perceptionem ſanctorum myſteriorum.*

QUam benedictionem aut quam laudem, aut quam gratiarum actionem poſſumus retribuere tibi, o Deus amator hominum, quod cum eſſemus projecti per judicium mortis, demerſique in profundo peccati, conceſſiſti nobis libertatem, largituſque es nobis hunc cibum immortalem, & cœleſtem: manifeſtaſtique nobis hoc myſterium, prorſus abſconditum a ſeculis, & generationibus, ut appareat nunc principatibus, & poteſtatibus cœleſtibus ex Eccleſia multiplex ſapientia tua. Deus qui opera noſtra gubernas per ſapientiam, digna-

(1) Quæ autem in hac & aliis Liturgiis Copticis deſiderantur, petenda ſunt ex Miſſa S. Baſilii.

Digitized by Google

dignare, ut comprehendamus hanc clementiam ſummam tuam, & magnitudinem paternæ erga nos curæ tuæ, benignitatiſque tuæ. Vere tu es cui debetur omnis gloria, majeſtas, honor & imperium, ante omnia ſecula, Pater, Fili, & Spiritus Sancte: nunc.

Sacerdos dicet orationem inclinationis ad Patrem poſt Communionem.

TU Domine, cui commiſimus vitam noſtram, Deus omnitenens, cuſtodi nos in quocumque loco ſimus; & devotionem, quam in oratione obtinuimus, & cordis tranquillitatem cum vita recta, conſerva nobis immobiliter, & perſeveranter, ut ubique locorum, & ſemper ad tuam majeſtatem converſi, quæ tibi placita ſunt exequamur, ne confundamur in die judicii recti, quando quiſque retributionem accipiet, Angelis ſtantibus, & Judice aſſidente Unigenito Filio tuo Domino, Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto. Per quem.

Sacerdos benedictionem dabit, & populum dimittet in pace.

Explicit ope Dei excelſi creatoris Miſſa S. Cyrilli Magni.

Oratio pacis ad Patrem.

DEus (1) omnium creator, & humani generis amator, qui hominem rationalem creaſti ad imaginem tuam, & ad eſſe duxiſti, doniſque ſanctis exornaſti, qui legem mutuæ dilectionis nobis dediſti, voluiſtique, ut omnes unum eſſemus, ſicuti unum eſtis Tu, & Filius tuus Unigenitus Dominus Deus, & Salvator noſter Jeſus Chriſtus. Tu etiam Domine libera nos

(1) Poſt Miſſam Sancti Cyrilli in Coptitarum Miſſali vulgato extant orationes quædam *Pacis*, & *fractionis*, item *Ritus conſecrationis Calicis*, quem conſequuntur benedictiones variæ, has nos ad alium Codicis Liturgici tomum remittimus, quemadmodum, & orationes, & benedictiones ad conſecrationem omnium Altaris inſtrumentorum, quas Renaudot p. 53. vulgavit ex Rituali Gabrielis Patriarchæ Alexandrini & in hac Appendice orationes, ac Ritum laudatum damus, & quidem latine tantum, ne tomus creſcat, utque citius Eruditorum votis ſatisfaciam, ſatis namque duxi, Miſſam S. Baſilii Coptice, & Latine vulgare.

Digitized by Google

ab omni ſchiſmate; & corda noſtra concilia per communionem Spiritus tui Sancti; & dignos nos fac, qui complectamur alterutrum in oſculo ſancto, ſimuſque in una ſpe vocationis noſtræ per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum.

Alia oratio Pacis.

DEus ſingulorum Dominus, nos indignos dignos præſta hujus ſalutis, o amator hominum, & munda nos ab omni ſorde, ab omni dolo, ab omni hypocriſi, & ab omni malitia, & a recordatione malorum mortiferorum; effice nos omnes, o Rex noſter, dignos, qui complectamur alterutrum in oſculo ſancto: & ſimus unum corpus, & unus ſpiritus in vinculo pacis & caritatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo es benedictus una cum Spiritu Sancto vivifico, tibique conſubſtantiali, nunc.

Oratio fractionis.

DOmine Deus noſter, cujus nomen magnum eſt, & admirabile, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſuſcepiſti ad Te de manibus noſtris humilibus, & peccatricibus, hanc victimam rationalem, veram, & incruentam, Tu etiam Rex noſter bone, & hominum amator, purifica nos ab omni ſorde corporis & ſpiritus: & dignos fac, ut ex tuis bonis ineffabilibus, percipiamus ſalutem animarum, corporum, & Spirituum noſtrorum, & apologiam coram throno tuo terribili, & audeamus cum fiducia clamare ad te, Pater Sancte, qui es in cœlis, Pater noſter.

Alia oratio fractionis.

DEus, qui nobis peccatoribus ſalutem præſtitiſti, & ſacrificium ſpirituale, quod eſt Corpus Divinum, & Sanguis precioſus Chriſti tui, qui factus eſt nobis ſalus, mundatio, & propitiatio peccatorum, fac, ut cum gratiarum actione te invocemus, & dicamus. Pater noſter.

Alia

Alia Oratio fractionis.

ECce poſitus eſt ſuper hanc menſam nobiſcum hodie Emmanuel Deus noſter, Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, qui ubi vocem ſuum dat in throno ſuo, exurgunt omnes ordines cæleſtes, & Angeli laudum voces edunt; Archangeli proni adorant nomen magnum & inviſibile, & quatuor animalia (1) incorporea pſallunt triſagium hymnum: Surgunt 24. Seniores e ſedibus ſuis, & habentes coronas in capite,& thuribulos aureos in dextera ſua manu, qui pleni ſunt orationibus Sanctorum, & offerunt incenſum coram vivente in ſæculum. Primogeniti Virgines, qui lavarunt Stolas ſuas in Sanguine Agni, quorum numerus eſt 124. millium; glorificant, & benedicunt Dominum dicentes: amen, alleluja: Sanctus Dominus Sabaot, amen, alleluja: Sanctus Filius ejus unigenitus Jeſus Chriſtus Dominus noſter: amen, alleluja: Sanctus Paraclitus Spiritus ejus Sanctus, amen, alleluja: Benedicta eſt Deipara ſancta caſta Maria, amen, alleluja: Sancta eſt etiam, & gloria plena hæc hoſtia; amen, alleluja; Idcirco Salvator noſter exclamavit dicens: Corpus meum vere eſt cibus, & Sanguis meus vere eſt potus, qui manducat meum Corpus, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ut corde mundo, & labiis puris audeamus cum fiducia, & abſque timore ad te ſupplices offerre preces, & dicere, Pater noſter.

RITUS compoſitionis (2) Calicis, eſtque oblatio & conſecratio Sanguinis pretioſi Domini noſtri Jeſu Chriſti, uti habetur in Codice Monaſterii Sancti Macarii in ſolitudine *ſcbibat*. Si calici quidpiam acciderit, ſeu ſi calix reperiatur vino vacuus ob fiſſuram aliquam, aut fracturam, vel ſi fuerint oblata in ipſo aqua,

(1) Scilicet illa, quæ a Johanne in Apocalypſi memorantur, uti & ſeniores ab illo viſi paſſim nominantur apud Alexandrinos.

(1) Ex Miſſali vulgato ad ſenſum ita reddidimus, ut ritus innoteſcat, cui ſimilem ritum in Eccleſia Romana conſuetum vide in Rubricis Miſſalis juſſu S. Pii V. editi.

Digitized by Google

aqua, acetum, oleum, aut quid ſimile, quod in ipſo fuerit repertum, evacuetur, poſt Corporis coopertionem, & repoſitionem ad altaris dexteram, ad cujus cuſtodiam deputetur Sacerdos, aut Diaconus prudens & virgo, qui præ manibus candelam teneat. Et Sacerdos celebrans velo contexto manum ſuam involvat, & offerunt urceolum vini, poſtquam hoc probarunt, urceolum Sacerdos manu velo circumdata tenebit, & ſignabit, prout de more, quinquies, atque ex illo in calicem infundit, & acqua miſcet, Diacono dicente unus *Pater Sanctus*, Sacerdos autem dicat orationem gratiarum actionis integram; populo canente; tum Sacerdos calicem velo tegit, & thus adolet quinquies de more, & dicet orationem thuris Pauli ſtans in loco ſuo ſine circulo, interea unus Diaconorum legit ex ep. 1., ad Corinth. cap. 11. *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis* uſque *reus eſt Corporis & Sanguinis Domini*. Deinde Sacerdos celebrans ejuſve ſocius ſecreto Paulum, ſeu epiſtolam Pauli, recitabit. Deinde dicitur *Sanctus*, & oratio Evangelii, & cocleari thus ponit & dicit ex pſalmo davidis. *Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me, unxiſti oleo caput meum, & calice tuo puro inebriaſti me*.

Poſtea legitur ex Evangelio S. Matthæi: *Manducantibus illis accepit Jeſus panem* uſque *in diem illum, quo bibam illud novum vobiſcum in regno Patris mei*.

Deinde dicunt tres Orationes majores pro Pace, pro Papa, & congregatione, deinde ſymbolum Fidei, & orationem oſculi Pacis, quæ relata eſt pag. 180.

Diaconus dicat, *ſalutate*.

Populus ſalutationem recitabit: *Genuiſti eum ſine macula, & dedit nobis Corpus ſuum & Sanguinem precioſum, & viviſicavit nos in æternum*.

Non dicitur. *Dignum & juſtum*.

Sed ablato velo, dicat. *Similiter & calicem poſtquam cœnatum eſt miſcuit aqua & vino. Gratias egit, amen, benedixit eum*,

eum, amen, ſanctificavit eum, amen, & guſtavit &c. in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in mei memoriam.

Deinde ſuper Calicem dicat hanc fractionis Orationem.

DOminator Domine Jeſus Chriſte fili Unigenite Verbum Dei Patris, qui pro nobis incommutabiliter incarnatus es, qui voluntarie paſſus es in carne, cum eſſes impaſſibilis ut Deus, qui ex immaculato tuo latere dediſti nobis fontem vitæ, Rogamus, & obſecramus bonitatem tuam, o amator hominum, mitte Spiritum tuum Sanctum ſuper mixtum, quod eſt in hoc calice.

Ter ſignat ſuper Calicem.

Benedic illum ✠ Sanctifica ipſum ✠ oſtende ipſum Sanguinem tuum Sanctum ✠ Corporis tui Sancti, & vivificantis.

Populus. *Amen.*

Sacerdos. *Quod jam conſecratum, & perfectum eſt, hunc etiam Domine fac unum cum illo, ut quotquot ex eo percipiunt, ſanctificentur in corpore ſpiritu, & anima, & mereantur remiſſionem peccatorum, tuumque ſanctum nomen glorificent, una cum Patris tui ingeniti, & Spiritus Sancti vivificantis. Dignos nos præſta, Rex noſter, ut audeamus cum fiducia abſque timore invocare te Deum Patrem omnipotentem, & cæleſtem, & dicere.* Pater noſter, qui es in cœlis.

Populus dicet Orationem dominicam, Sacerdos accipit patenam cum Corpore Sancto, & primo eam collocat in loco proprio, velum ab ea aufert, bene, ac diligenter mundat, ne quidpiam illi adhæſerit, poſtea perficiet reliqua, & diſpenſant myſteria, de more. Cæterum quod attinet ad conſecrationem Calicis, arbitrio ac prudentiæ Epiſcopi relinquitur, qui provido conſilio illam peragi decernat.

ORA-

ORATIO

Super panem benedictum, ſeu Eulogiam (1), *quam nonniſi jejuni comedant.*

DOminator Domine Deus omnipotens, dator bonorum, & proviſor omnis carnis, Tu, qui das eſcam ſervis tuis timentibus te, extende dexteram tuam inviſibilem, & benedic ✠ hunc panem propoſitum ſuper manum meam.

Ter Sacerdos ſignat panem.

Et præſta in ipſo benedictionem ✠ tuam, & gratiam tuam ✠ ut ſit ſanitas omnibus percipientibus ex eo, ſalus animæ, puritas corpori, & venia peccatorum amen. Virtus Trinitatis ſanctæ ſit ſuper hunc panem, & ſuper offerentes, accipientes, & curantes ipſum. Deus per miſericordiam tuam benedic ✠ hanc eulogiam. Amen.

ANA-

(1) Eulogiam dari loco Euchariſtiæ iis, qui non communicant Corpori Chriſti, dixi alibi.

Digitized by Google

ANAPHORA
SANCTI GREGORII THEOLOGI

Ex Mſs.Codicibus Syriacis Nitrienſibus Vaticanis III. & IV. nunc primo latine prodit.

Oratio ante Pacem (1).

DEus Pater beatiſſime, qui ſolus bonus es, & in luce eſſentiæ tuæ inhabitans, in gloria ineffabili decoraris in fortitudine majeſtatis tuæ, & a ſupernis ignis ac ſpiritus cœtibus ſanctificaris, qui in ſublimi naturæ unitate, & in Sanctarum perſonarum unius ſubſtantiæ Trinitate inperſcrutabiliter, & incomprehenſibiliter agnoſceris: Inutilem, & proclivem in lapſum Populum tuum erige, & mentes noſtras inclito lumine tuo perfunde, ut ſimus unus perfectus Populus, & unus Chriſto tuo dignus cætus, & ſuavem ipſius vocem audiamus dicentem: Pacem meam do vobis: Pacem meam relinquo vobis. Tu Domine præſta nobis omnibus, & concede, ut in experte iræ amore, in Charitate non ficta, & in unanimi, indiviſibili & concorde in orthodoxa fide unione mutuam pacem in oſculo Sancto ac Divino tradamus, nihil ex pereginis, & propriis Atheorum operibus retinentes, ut in ſpirituali illo convivio concinamus laudem Excelſiſſimæ majeſtati tuæ, atque unigenito Filio tuo, & Spiritui tuo Sancto nunc, & ſemper & in ſæcula.

Populus. Amen.

(1) Hæc Anaphora Syrorum eſt, & ad Syrorum ritum, de quo vid. tom. 5. Cod. Litur. apud Johan. Maron. in expoſit. Miſſæ, diſpoſita, illam tamen vulgamus, quod Gregorio tributa ſit, cujus Græcam, & Copticam Liturgias edidimus.

Digitized by Google

Sacerdos.

QUi abſcondite ſuper omnes honorificaris, & ab omnibus inceſſanter glorificaris, Domine, inclina nu nc aurem tuam, & vilibus vocibus noſtris benignitate tua intende, & in ſuſpiria gregis tui reſpiciens, beatiſſimam benedictionem tuam emitte, ut nos cuncti unum perfectum ſimus in Chriſto fundatum ædificium, cum quo tibi congruit gloria, & honor cum Sancto tuo Spiritu nunc, & ſemper.

Populus. Amen.

Sacerdos.

DOmine admirabilis, magne, altiſſime, æterne ſupra omnia tempora, abſcondite, in acceſſibilis, & omnibus impervie. Qui miſiſti filium tuum propter ſalutem generis noſtri, & fortiſſimam virtutem ſuam inclinans ad terram præ ſuo erga homines amore deſcendit, ut plaſma imaginis gloriæ ſuæ exaltans, lapſum ſponte ſua de beata manſione hominem ſublevaret. Tu noſti Domine humilitatem animæ noſtræ, qui non juſtitia noſtra freti, puras Victimas tuas contrectamus, verum benignitate, ac ſuavitate tua dignos nos reddidiſti, ut in interius Sanctum Sanctorum tuorum introeamus, quo etiam Angeli aſpicere deſiderant. Tu Domine remove a nobis omnem terrenam nequitiam, pravoſque peccati affectus, & tribue nobis Sanctum tuum, & omnipotentem Spiritum, qui novam rationalitatem facit, Spiritum, qui mentem inflammat, & germinantes in nobis ſpinas comburit, & Sacrificio huic commiſceamur, ſitque nobis in indulgentiam debitorum, & in remiſſionem peccatorum. Ut ex tota anima noſtra ob perfectam a te Deus Pater acceptam ſalutem gratias referamus & extollamus tibi gloriam gratiarumque actionem atque Unigenito Filio tuo, & Spiritui tuo Sancto nunc, & ſemper, & in ſæcula.

Populus. Amen.

Sacerdos. Surſum.

Populus. Sunt.

Sacer-

Sacerdos. Gratias.

Populus. Dignum.

Inclinatio.

Vere dignum eſt, ut inceſſanter gratias agamus & glorificemus Deum, qui cuncta verbo ſuo fecit & hominem ſapientia ſua conſtituit, & ea, quæ diſtabant, in unum collegit, & pulverem Spiritui ad miſcens ſapientiſſime compoſuit ſpecificum animal, quod ex terra, & Cœlo conſtitutum eſt, & tempori ſubiacens, ac immortalitate præditum, Deum contrectat. non tamen continere poteſt, cui debetur ab omnibus gloria, cum filio, qui ex ipſo eſt, & cum Sancto ſuo Spiritu.

Exclamatio.

Coram quo adſtant incliti, ac primarii miniſtri, intelligibiles ſpiritus, immaterialis ignis, familiares divinitatis, alis præditæ flammæ, terribilia ignis agmina, Archangeli, & Angeli, qui pro ſalute, & vindicta uniuſcujuſque in legationem mittuntur. Seraphim ſex alarum, & multos oculos habentes. Currus Cherubim varietate multiplex, qui cum rotis, & alis cum impetu extollitur. Inacceſſibiles ſedes, ignearum legionum cætus Throni, Dominationes; Virtutes Cæleſtes, quibus primo lux illa affulſit: Splendores de perfecto lumine, qui ſuavibus, & depuratis ab omni materia concentibus unanimi clamore æternam gloriam canunt, vociferantes, clamantes, & dicentes.

Populus. Sanctus.

Sacerdos. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus Pater genitor Vitæ, & factor bonorum, Sanctus, Sanctus Deus Filius Adiutor, & refugium peccatorum, Sanctus Sanctus Sanctus Deus Spiritus Sanctus Sanctificator, & diſtributor donorum Spiritualium, qui tres, una ſunt Deitas & una Virtus, & natura, gloria, ac Regno indiviſibiles. Sanctus es Trine & Une, rectus Beatus, mundator, & Sanctificator omnium, qui Creaſti hominem regem ſuper terram & ornamentis omnibus præditum non alium

ſupra ſe, quam ſupernum Dominum agnoſcentem, viſibilem, & intelligibilem, qui a te in omni voluptatum genere benigniſſime collocatus eſt, cum libertate, atque perſpicacia, cui præceptum dediſti; mandans, ut quibus plantis comederet & á quibus abſtineret; At ille impoſiti præcepti immemor, invidi Conſilio, & mulieris illecebris victus, vetitum pomum guſtavit, & ſimul de Arbore Vitæ, de que Paradiſo ob pervicaciam ſuam a Deo meo (al. a te Deus noſter) expulſus verecundiam ſuam agnovit. Tu vero miſericors non permiſiſti, ut imago tua periret, ſed eam tamquam pædagogus verbo direxiſti per Prophetas, per Videntes, per Præcones per Legatos, in ſecundis, in adverſis, in flagellis quibus filii erudiuntur, in ſignis admirabilibus, ut per omnia ad priſtinam ſuam pulcritudinem revocaretur: at ille ab iis, quæ vitæ ſuæ contraria erant, non receſſit: Noviſſime vero cum ob ingraveſcentem ægritudinem validiſſimo medicamento opus haberet; miſiſti verbum tuum, Rex Sæculorum, verbum inquam inviſibile, ut videretur, incomprehenſibile, ut in Carne comprehenderetur, cum incomprehenſibile, ſecundum divinitatem permanſiſſet, Filium, videlicet, qui ex te, & ante ſæcula eſt, tibique conſubſtantialis, & in omnibus homo factus eſt præter peccatum, & in ſancta Virgine conceptus, & corporaliter genitus eſt, qui ante ſæcula erat in tempore factus eſt, & Creator creatus (1) fuit.

Exclamatio.

Cumque ad ſalutarem paſſionem ſeſe ſponte præpararet; in poſtrema illa nocte, qua diſpenſationem ſuam pro nobis conſummavit, accepit Panem in Sanctas manus ſuas, & tibi Deus Pater gratias Agens ✠ benedixit ✠ ſanctificavit ✠ fregit, & diſtribuens diſcipulis ſuis Apoſtolis, dixit: Accipite manducate ex eo: hoc enim eſt Corpus meum, quod pro vobis, & pro multis

(1) Hæc expreſſio caſtiganda videtur & in ſano ſenſu accipienda.

Digitized by Google

tis frangitur, & traditur in remiſſionem peccatorum, & in Vitam ſæculi ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter autem & ſuper Calicem gratias egit, poſt quam ipſe, ac Diſcipuli ejus myſtica menſa fruiti ſunt, & de genimine Vitis, & aqua temperate miſcens, eum ✠ benedixit ✠, & ſanctificavit ✠ tradidit eiſdem diſcipulis ſuis Apoſtolis dicens. Accipite, bibite ex eo omnes. Hic eſt Sanguis meus novi Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur, & traditur in remiſſionem peccatorum, & in Vitam ſæculi ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Vos autem ſic commemorationem mortis meæ facietis, ut cum de pane hoc comederitis & de Calice iſto biberitis, meam memoriam facietis & mortem meam annuncietis donec veniam.

Populus. Mortem tuam Domine &c.

Sacerdos. Commemorantes Domine Dominus noſter, & memoriam totius tuæ pro nobis diſpenſationis agentes a conceptione, & Nativitate uſque ad mortem Crucis, ſed, & ſepulturæ cum mortuis & glorioſæ poſt triduum de ſepulcro reſurrectionis, & triumphalis, atque admirabilis Aſcenſionis tuæ, & ſeſſionis tuæ ad dexteram Majeſtatis Dei Patris, nec non, & ſecundum, ac Terribilem tuum de Cœlis aduentum, quo omnia ſæcula in unum Theatrum congregabuntur. Cum ad vindictam, & retributionem advenies, & unumquemque palam ſecundum opera ſua Conſtituens, ſingulis hominibus pro eo quod hic geſſerunt reddes. Cum ſtatutis primum ſedibus Thronus tuus erigetur, & tu ſenex dierum ſedebis, & libri Codiceſque aperientur, rectum Judicium examinabitur: fluvius ignis fluet, flamma ante ipſum ac tenebræ præcedent. Cum ibunt, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, & qui mala, in reſurrectionem Judicii, & in vincula præparatoſque compedes: Propitius eſto Do-

Domine, & ne deſpexeris Populum tuum, ſuper quem invocatum eſt nomen ſanctum tuum, ne tradatur foveæ in pabulum. Ne cum Malo in Gehenna Crucietur. Non gaudeat pervicax Belial videns nos gratia Divina deſtitutos. Non Contriſtentur Sancti Angeli tui propter noſtrum de faſtigio gloriæ tuæ lapſum, ne dicas nobis, non novi vos in die illa, in qua ſententiam feres Amator hominum; ſed inclina Domine Aurem tuam, & intende voci ſuſpiriorum famulorum, & Ancillarum tuarum, & fontes lacrimarum pænitentiæ de Capitibus noſtris fluere fac. Parce Populo tuo Domine, purifica hæreditatem tuam, ſalva & libera adoratores tuos. Propterea enim Eccleſia tua, & grex tuus ſupplicat tibi, & per te, ac tecum Patri dicens.

Populus. Miſerere.

Sacerdos. Nos quoque.

Populus. Te &c.

Invocatio Spiritus Sancti.

Miſerere nobis Deus miſerere nobis, & mitte nobis de Throno Regni tui Spiritum Paraclitum Sanctum, & largitorem ſanctitatis, perficientem, expertem qualitatis, quantitatis, & temporis, increatum, incomprehenſibilem, qui ex te procedit, & omnium dominatur, qui in Jordane ſuper unigenitum filium tuum ſpecie columbæ apparuit, qui tamquam diſpertitæ flamarum linguæ ſuper Sanctos Apoſtolos viſus eſt.

Extollit vocem.

Exaudi me Domine.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos.

Et deſcendens ſuper Panem, & ſuper Vinum hoc, nos quoque Sanctitate Sua impleat, & panem quidem hunc faciat ✠ Corpus vivificum ✠ Corpus vitam largiens ✠ Corpus ſalutare, Corpus ipſius Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in indulgentiam debitorum, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam ſæculi ſæculorum. *Populus*. Amen.

Sacer-

Sacerdos.

Similiter, & vinum hoc faciat ✠ Sanguinem novi Teſtamenti ✠ Sanguinem vivificum, & Vitæ largitorem ✠ Sanguinem ſalutarem, Sanguinem ejuſdem Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in indulgentiam debitorum, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam ſæculi ſumentibus eum.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Ut ex hiſce Sacramentis percipientes animis renovemur, & Corporibus, & non ſint nobis, Domine, in condemnationem, & vindictam, ſed proſint framulis tuis ad fiduciam coram tremendo tribunali tuo, & ad beatam voluptatem inter inclytos tuos in vita illa, quæ uſque in ſæcula producetur, & in manſionibus lucis & gaudii, quoniam bonus hominumque amator es, & tibi gloriam extollimus, atque Unigenito Filio tuo & Spiritui tuo Sancto, nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Eja benigniſſime Domine ſuſcipe de impuris meis, peccatorumque labe pollutis manibus ſacrificium iſtud in odorem ſuavitatis, quod pro famulis tuis offertur cumque illud tibi pro tua pietate acceptum ſit, miſericordiam coram te in die rectæ retributionis inveniamus. Memento Domine ſanctæ tuæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & in pace tua eam dirige. Conſerva Paſtores, qui ipſi præſunt, maxime beatiſſimos Patriarchas noſtros domnum N. & Domnum N. (1), & religioſiſſimum Epiſcopum Domnum N. una cum omnibus orthodoxis Epiſcopis, & tribue eis, ut illam longo tempore in tranquillitate, & abſque fraude, aut ſimulatione paſcant. Memento Domine ortodoxorum

---

(1) Duo Patriarchæ commemorantur; Alexandrinus nimirum Coptitarum, & Antiochenus Jacobitarum, Jacobitæ enim, ad quos Codices pertinuere, Alexandrinum in Communionis ſignum olim commemorabant.

Digitized by Google

rum Presbiterorum & Lectorum Diaconorum, cum reliquis ordinibus, quos ad tuum miniſterium deſignaſti, & deſignati ſunt; Memento Domine, & mei, famuli tui, qui licet indignus puriſſimas victimas tuas pollutis manibus meis contrecto, & libera me, qui imago tua ſum, juſtiſſime Judex: operibus enim Belial deditus ſum, & totum Vitæ meæ curſum in pravis affectibus tranſegi. Impera ergo procellis meis, & ab increpatione tua ſileat tempeſtas. Emanet de fundo cordis fons lacrymarum, ut paratam mihi flammam extinguat, & hæc quotidie meditans purus tibi in triumpho Sanctorum tuorum occurram. Memento Domine totius plenitudinis ſanctæ Eccleſiæ tuæ: mendicantium, pauperum, captivorum, afflictorum, & in quolibet periculi genere exiſtentium: Aeri bonam temperiem concede, Maria Flumina, & Fontes aquas ſuas juxta menſuram emittant, & ſuper totum anni circulum benedictionem tuam infunde.

Exclamatio.

Et libera Domine Populum tuum ab omnibus periculis, & a flagellis iræ, quæ ſupra vires ſunt, & non ſecundum pervicaciam noſtram corripias nos Domine, ſed alliga cor famulorum tuorum ſalubribus, ac bene preparatis miſerationum tuarum remediis. Inimicos noſtros comprime: a fluctibus, & procellis hujus ſæculi erue nos, & fulgentiſſimam benedictionem ſuper capita noſtra effunde; ut coram te, ſumme rex, ibi adſtantes, & ſpecioſo illo tuo lumine afflati in ipſum bonitatis fontem rapiamur, & puris præclaram veritatem mentibus intueamur. Per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, qui cum tibi convenit gloria, & honor cum Sancto tuo Spiritu nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Memento Domine omnium eorum, qui invocant nomen Sanctum tuum, & eſto eis porta via, & refugium, ſed & eorum, qui ſollicite miniſtrant ſanctis, & pauperibus Populi tui provident

Digitized by Google

dent ſuſcipe de manibus eorum fructus, quos tibi afferunt offeruntque.

Exclamatio.

Et ſacrificium hoc acceptum habens, manumque ſalutis extendens, adjuva pro pietate tua Domine omnes eos, qui oblationes, primitias, ac decimas Sanctæ Eccleſiæ tuæ offerunt, & pauperum egeſtati opem ferunt; ſed & eorum, qui hæc coram poſita oblata obtulerunt, memento ſecundum Clementiam tuam, eorumque, qui offerre quidem voluerunt, ſed non valuerunt: Retribue eis pro temporalibus, quæ in hoc ſæculo manent, potiſſimam, & expertem finis vitam, ſpiritualem thalamum, & futuram tecum voluptatis manſionem per gratiam miſericordiam, & amorem erga homines Unigeniti filii tui, Sancti tui Spiritus, nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Memento Domine fidelium Regum (1), ubi ſunt arma, quæ rectam in Trinitate tua fidem exhibent. Et præſta Eccleſiæ tuæ toto dierum Circulo requiem, & pacem, & tranquillam unicuique in loco ſuo vitam.

Inclinatio.

Domine Domine compeſce Regna, quæ contra Sanctam Eccleſiam armis hæreſum decertantia, unitum Corpus Chriſti in membra ſeparant, rationaleſque gregis tui oves diſpergunt, & timore Dei fraudulenter in Eccleſia ſeſe palliant. Redde eis igitur, quæ tibi placita ſunt, & Cœtum iſtum, qui cum recta fide hic hilariter adeſt, omnipotenti dextera tua cuſtodi. Virgines abſque corruptione conſerva. Viduis patientiam largire. Uxoratos Caſtitate exorna, & non permittas, ut ſenes miſeros, ac infelices tranſigant dies, & ſi in miſeria, ne deſpicias eos Do-

(1) Hinc diſcimus Liturgiam iſtam ſolemnem fuiſſe, in locis quæ Chriſtianis Regibus, ſaltem Orthodoxis, deſtituta erant.

Domine, ſed & Orphanos fortiſſimo robore tuo adjuva, captivos excelſo brachio tuo eripe, & libera, Convaleſcentes pro pietate tua ſana; iis qui in navibus vagantur, eſto portus ſalutis: Et eos, qui terra iter in longinguas regiones agunt, comitare Domine, quoniam bonus, rectus, & hominum amator es, & tibi gloriam extollimus, atque unigenito Filio tuo, & Spiritui tuo Sancto, nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Deus Pater, qui nos colligere, & ſub optimis mandatis tuis ex errore revocatos cohibere voluiſti; ne deſpicias nos Domine, qui nimis depreſſi ſumus, & in terra reptantes, ſacrificia dominationi tuæ pro merito offerre non valemus; quis enim poteſt fortitudinem tuam Domine eloqui? aut quis mirabilia tua beatiſſime referre? Verum cum exiguo lucis tuæ radio intelligibiles animæ ſenſus purgamus, dirige, quo meliori noſti modo, rationales oves tuas, quæ hac, ſuper qua unigenitus tuus immolatus eſt, menſa ſaginari exoptant. Voca igitur benigniſſime, animas quoque ac Spiritus omnium eorum, qui per Te perfectionem adepti, ſpirituale certamen conſummarunt; Apoſtolos ſcilicet, Prophetas, Precones, Evangeliſtas, Joannem vivi Verbi, ac lucis vocem, & Lucernam, atque Præcurſorem & Stephanum invictum Athletam, & Protomartyrem, & Sanctam Dei genitricem ſemperque Virginem Mariam cum reliquis omnibus ſanctis.

Exclamatio.

Ut ipſorum conſortio aggregari, & in illo Divino, ac ordinatiſſimo Theatro conſtitui mereamur: Lucidis virtutum operibus incumbamus, & promiſſa ibi beatis hominibus gaudia percipiamus, & myſtico hoc vivificante ſacrificio inſatiabiliter ibi perfruamur, cumque adhuc ſuper Terram ſimus, relinquamus terrena & Spiritum, qui ad ea, quæ ſurſum ſunt, rapit, toto conatu ſequamur per gratiam miſericordiam, & amorem erga homines

Digitized by Google

mines Unigeniti Filii tui, qui cum tibi convenit gloria, & honor cum Sancto tuo Spiritu, nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Memento Domine Paſtorum & Doctorum Sanctæ Eccleſiæ tuæ, qui a Petro Apoſtolorum Principe uſque in præſentem diem rationales oves tuas in Theologia [illegible] erudiunt, & regunt, maxime autem eorum qui in Divinis ſuis Synodis rapaces lupos, a grege tuo, quem ii impie perſequebantur, eiecerunt, & expulerunt, & definitionem Orthodoxæ ac immaculatæ fidei, quæ recte in Sanctam Trinitatem credit, poſuerunt, & confirmarunt, Præcipue vero beatiſſimorum Patrum Ignatii Dionyſii Julii cum reliquis probatiſſimis Paſtoribus, qui in una puriſſima gloria curſum ſuum conſummarunt.

Exclamatio.

Columnarum, ac fundamentorum Sanctæ Eccleſiæ tuæ Domine qui pro nomine tuo perſecutiones, & tribulationes pertulerunt, qui coram Tribunalibus ac Theatris ante Reges populorum, & Preſides nationum, & Filios Iſrael ſtantes, fidem tuam immobiliter confeſſi ſunt, & Evangelium tuum in finibus Orbis terrarum prædicarunt. Horum acceptis precibus impetum omnium hæreſum comprime. Tranquillitatem, ac Pacem Populo tuo, & Eccleſiæ tuæ concede; flagella, & pericula ab univerſoOrbe repelle &ut ipſorum conſortio aggregentur famulis tuis largire, ut ex hac Eccleſia migrantes, & convivio Primogenitorum, quorum nomina in Cœlo conſcripta ſunt, aſſociati, ineffabilem gloriam inter ipſorum agmina canamus tibi Domine Deus noſter, & unigenito Filio tuo, ac Spiritui tuo Sancto, nunc.

Populus. Amen.

Inclinatio.

Memento Domine ſuper ſanctum, & Cœleſte Altare tuum, & in ſpirituali, ac pleno luminis Thalamo tuo animarum, ac

Digitized by Google

Spirituum omnium eorum, qui corpore exuti, de hoc ſæculo migrarunt, Sacerdotum ſcilicet, & Præpoſitorum Domus tuæ. Miniſtrorum Sacramentorum tuorum; Mundorum Hypodiaconorum, Anagnoſtarum Pſaltarum, varios Theologiæ concentus rectis verbis dicentium: in mandatis tuis meditantium; omnium ſæcularium, qui in recta fide ex hac vita tranſierunt; Patrum, & fratrum noſtrorum, omniumque eorum, qui in diverſis Campis diſperſi ſunt, quorum nomina, tu ſolus Domine noſti.

Exclamatio.

Dona Domine requiem iis, qui ex hoc ſæculo deceſſerunt, eoſque in ſinu Abraham, & Iſaac & Jacob colloca, ſed & nos, ut cum ipſis perfruamur, dignos redde, ut Angelorum gaudia ſuſcipiamus, & ſpiritualibus Sanctorum cætuum choreis ac ineffabilibus voluptatibus, quæ beatis hominibus ab initio promiſſæ ſunt, potiamur, cum beatam ſpem nos & illi expectemus per eum, qui membra noſtra iterum componet, & corpora noſtra renovabit Filius tuus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, per quem miſericordiam, & peccatorum remiſſionem conſequi ſperamus per quem, & nobis, & illis.

Populus. Dona requiem.

Sacerdos.

Exonera Domine graviſſima pondera noſtra, & multitudinem peccatorum noſtrorum dele Beatiſſime: & pro Pietate tua, ne memineris tranſgreſſionum, quæ a nobis, qui adhuc vivimus, & ab ipſis, qui vario mortis genere ex hoc ſæculo migrarunt, admiſſæ ſunt; ſed eripe nos de manibus impiorum, qui in aere ſunt, animaſque noſtras in illo tranſitu dolo capere conantur, maxime vero libera nos ab intolerabili illa confuſione, quæ coram tremendo Throno tuo futura eſt; & in ſuperno ovili requiem inveniamus inter eos qui cum Sanctis triumphant & gaudent, & in numerum ſpiritualium agnorum tuorum adſcripti gregi illi, quem unum Evangelicum rete includit, conjungamur;

Digitized by Google

gamur; ut per hoc, ſicut per omnia glorificetur & exaltetur venerabiliſſimum, & benedictum nomen tuum cum nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sancti tui Spiritus.

Populus. Sicut erat, eſt.

Oratio ante Pater noſter.

DOmine Deus dominator omnium, & Rex gloriæ ſuſceptor pœnitentium, & verus eorum, qui male ſe habent Medicus: Director Pacis, & Via ſalutis: Caput vitæ omnium, & refugium perſecutiones patientium. Excellens Animarum Pictor, & corporum formator, Auxilium Tribulatorum, Spes Pauperum: Saturans eſurientes, extinguens ſitim inopum. Pater ſapientiæ, & Genitor ſplendoris. Emittens lucem, & fons auxiliorum. Ad te qui es, ante Creaturas eras, preces fundimus: tibi gloriam inceſſanter canimus. Teque rogamus Domine, exaudi preces vilitatis noſtræ, & nos indignos, dignos redde regno tuo, ut animum non deſpondentes Dominicam, & maximam illam Orationem fundere mereamur, quam filius tuus Unigenitus ac Deus noſter recitavit, & Apoſtolos ſuos docuit, & munda mente purgatiſque e carnis ſorde cogitationibus unanimi, ac pura voce, & concordi clamore invocemus te glorioſe hominumque amator, & oremus dicentes: Pater noſter, qui es in Cœlis.

Populus. Sanctificetur nomen.

Sacerdos.

Eja benigniſſime Domine ne adducas ſuper nos tentationem, quam ſufferre non valemus, ſed in Paterna miſeratione tua Domine corripe famulos tuos, & libera, & eripe nos a malo, & ſubditis ipſi virtutibus, & ab operibus tenebrarum, quoniam tua eſt poteſtas, & regnum, tuum eſt donum, & tu es rex ſæculorum & tibi gloriam extollimus, atque unigenito filio tuo, & Spiritui tuo Sancto, nunc.

Populus. Amen.

Digitized by Google

Sacerdos.

Tibi Domine, & coram te inclinat ſe hæreditas tua & a benignitate tua poſcit indulgentiam debitorum, & remiſſionem omnium transgreſſionum ſuarum, ſanctifica nos veritate tua, purifica cogitationes famulorum tuorum, cuſtodi oves Gregis tui, ut Spiritualem hanc Euchariſtiam abſque labe, & ſorde ſumere mereantur: aufer a nobis omne iniquitatis genus, & reliquias eorum, quæ impie geſſimus, per gratiam miſericordiam, & erga homines amorem unigeniti filii, qui cum tibi convenit gloria, & honor cum ſancto tuo Spiritu, nunc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax vobis omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Fiat gratia ſanctiſſimæ Trinitatis.

Gratiarum Actio.

Quas poterit tibi laudes creatura offerre Domine? aut quis honor majeſtati tuæ ſatis deferri miſericordiſſime? qui nobis, qui rei, & multitudine Peccatorum impliciti eramus, puritatem tribuiſti, purgatoſque ad vivificam tuam menſam vocaſti, & admonuiſti: Gratias agimus tibi pro tuis erga nos gratiis, laudamus benedicimus exaltamus, & inceſſantes gratiarum actiones offerimus tibi, qui intranſitorio hoc cibo, & indefectibili, ac vivifico potu animas, & corpora quotidie renovas, ac propterea tibi debetur gloria atque unigenito Filio tuo, ac Spiritui tuo Sancto, nunc & ſemper, & in ſæcula.

Populus. Amen.

Sacerdos.

Lux mea, & Deus univerſorum Jeſu Chriſte, qui pro ſalute ovium tuarum de Cœlo deſcendiſti, extende dexteram tuam, & benedic nobis cunctis famulis tuis puſillis cum magnis, viris ſimul, & mulieribus juvenibus, & Adoleſcentibus, Virginibus, & Con-

& conjugatis, Sacerdotibus, & Populo. Adiuva debiles, & viribus deſtitutos. Conſerva eos, qui in Juſtitia divites ſunt. Pauperibus ſaturitatem tribue, Orphanis, ac Viduis Alimenta largire. Inquinatos peccatis ſanctifica. Extende fortiſſimum Brachium tuum, & nos cunctos cruce tua obſigna. Emitte ſuper nos omnes benedictionem tuam. Sanctifica nos propter hoc ſacrificium, quod percepimus, & agnoſcatur ſanguis tuus ſuper poſtes oſtii corporum noſtrorum. Mens noſtra tuo lumine illuſtretur. Corda noſtra tuis Doctrinis confirma, greſſus noſtros dirige in ſemitis tuis. Linguæ noſtræ fiant Organum laudum tuarum: quoniam gratia tua ſuper omnes diffuſa eſt, & tibi convenit gloria cum Patre tuo, & Sancto tuo Spiritu nunc, & ſemper, & in ſæcula.

ANAPHORA (1)
SANCTI DIOSCORI (2)
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ.

Oratio ante Pacem.

DEus fons pacis, & mare bonitatis, qui es caritas vera, quæ non æmulatur, dignos fac nos peccatores ſervos tuos, ut purgati ab omni iniquitate, & macula peccati, amplecta-

(1) Magnum inter Monophyſitas ſemper fuit Dioſcori Alexandrini Epiſcopi nomen, quod etſi rarius ab Alexandrinis commemoretur in diptychis, in omnibus tamen libris magnopere commendatur, & memoria ejus tamquam Sancti Religioſe colitur, uti patet ex Synaxario Coptitarum.

(1) Æthiopes unam habent nomine Dioſcori Liturgiam, quæ Æthiopice, & Latine an. 1666. Londini ed ita fuit a Wanslebio, quam Brunus Tom. 2. diſſert. 2. art. 2. pag. 256. latine iterum vulgavit; nos ex Codice IV. Vaticano nitrienſi latine Anaphoram tributam Dioſcoro hic damus, licet ab Euſebio Renaudotio fuerit vulgata.

ctamur invicem in caritate, & pace tua indiviſibili: omneque odium, & ſimultatem a nobis abiicientes, in uno caritatis indiſſolubilis vinculo conſtringamur; itaut uno, & æquali Spiritu fidei inculpatæ attollamus tibi gloriam, & gratiarum actionem, & unigenito filio tuo, & Spiritui tuo Sanctiſſimo, & bono. Amen.. Pax: Et cum Spiritu.. Dignare.

Populus. Coram te.

Sacerdos. Domine, qui ſolus bonus eſt, & dives donorum, fonſque uberribus omnium benedictionum. Demitte dexteram tuam potentem, & benedic agnis paſcuæ tuæ, qui nunc coram Dominatione tua inclinantur, concedens remiſſionem eorum, quæ inique a nobis commiſſa ſunt, ut cum puritate animæ, & corporis caſtitate attollamus tibi gloriam cum vocibus gratiarum actionis, & unigenito filio tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Deus incomprehenſibilis, & ineffabilis, cujus clementia a creaturis tuis comprehendi non poteſt. Quique per miſerationes tuas æternas, unigenitum filium tuum miſiſti ad ſalutem univerſi, ut ovem, quæ ceciderat, & erraverat a domeſticitate beata, reduceres: ne ergo Domine reſpicias turpitudinem operum noſtrorum odioſorum, & populum tuum gratia, & miſerationibus tuis prives: neque avertas faciem tuam a nobis hoc tempore, quo ſacrificium tremendum, & incruentum tibi offerimus; non enim abundantiæ bonorum operum noſtrorum confidentes, audemus tractare myſteria tua ſancta, ſed multitudine miſerationum tuarum freti, deprecamur, & petimus a te Domine, ut non ad condemnationem, & confuſionem fiat nobis myſterium hoc ſalutis, ſed ad remiſſionem peccatorum, & veniam omnium iniquitatum noſtrarum per gratiam, miſericordiam, & clementiam unigeniti filii tui, cum quo glorioſus es in cœlo, & terra cum Spiritu tuo ſanctiſſimo.

Amen.. Stemus.. Miſericordiæ.. Caritas Dei.. Et cum.. Surſum.. Habemus.. Gratias agamus.

Po-

Digitized by Google

Populus. Dignum.

Sacerdos inclinatus. Vere dignum eſt, & a nobis debitum, & ab omni creatura, ut honoremus, adoremus, gratias agamus, glorificemus, & exaltemus illum, qui a militia ſuperna benedicitur, & ſanctificatur: cui debetur gloria, honor, & adoratio a ſuperioribus, & inferioribus, cum filio, qui ex ipſo eſt, & Spiritu ſuo Sancto.

Extollit vocem.

Coram te, Domine, ſtant, & miniſtrant omnes ordines ſuperni ignis, & ſpiritus, qui gloriæ tuæ ſubjecti ſunt: Angeli, qui glorificant: Archangeli, qui laudant; Poteſtates, quæ præclare fulgent; Throni, qui jubilant: Dominationes, quæ exaltant; Virtutes, quæ celebrant; Cherubim ſubmiſſi, qui bedicunt concentu indeficienti; Seraphim Sancti, qui alis ſex igneis immaterialibus circumvecti & volantes, duabus facies ſuas tegunt præ ſplendore timendo majeſtatis tuæ, duabus tegunt pedes ſuos, ne ignitis carbonibus tuis adurantur, & duabus volant, & voces ſuas extollunt, & clamant alter ad alterum trinis ſanctificationibus, quas promunt, & triumphalibus vocibus ſanctificant, clamant, vociferantur, & dicunt.

Populus. Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus Deus Pater genitor lucis æternæ: Sanctus etiam filius, qui ex ſinu Virginali ſancte, & impaſſibiliter genitus eſt; Sanctus Deus Spiritus vivificans, qui Sanctos ſanctitate perficit, & conſummat; qui ter, unice, & inſeparabiliter unus ab omnibus agnoſcitur, & unus in tribus noſcitur. Qui cum genus noſtrum perditum, & a mala, intellectualique beſtia deprædatum vidiſſet, ipſum unigenitum Deum miſit ad ſalutem ejus, qui ex Spiritu Sancto, & Virgine incarnatus, & natus eſt nativitate carnali, & non phantaſti-

Digitized by Google

ca (1), extitique perfecte filius hominis, Deus interea abſque mutatione permanens, omnia ad ſalutem noſtram diſponens, & perficiens.

Extollit vocem.

Qui cum ita voluiſſet, ſecundum ſalutarem ſuam diſpenſationem, ante paſſionem ſuam vivificam, poſtquam ſimul cum diſcipulis ſuis agnum illum moſaicum epulatus eſſet, panem vitæ accepit in manus ſuas puras, & inmaculatas, & benedictione ✠ benedixit ✠ & ſanctificavit eum ✠ & tradidit turbæ Apoſtolicæ dicens: accipite comedite: vere hoc eſt corpus meum, quod pro vita mundi frangitur, & dividitur in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam ſuſcipientibus illud. Amen.

Similiter & ſuper calicem vitæ, poſtquam illum vino, & aqua temperate miſcuit, & ſanctitate ✠ ſua ſanctificavit ✠ perfecitque ✠ & ſanctis Apoſtolis tradidit dicens: Accipite, bibite ex eo vos omnes: vere enim hic eſt Sanguis meus, qui pro mundi vita effunditur & dividitur in remiſſionem peccatorum & vitam æternam.

Sacerdos. Hanc autem ſalutarem inſtitutionem ſuſcipientes; panem, & vinum ſtatuimus, & impoſuimus ſuper altare hoc, juxta præceptum ejus vivificum, ut memoriam ageremus ſecundum oraculum ejus divinum, quod ait: quoties myſteriis iſtis ſanctis communicaveritis, memoriam meam facite, & paſſionem mortem ac reſurrectionem meam annunciate donec veniam.

Mortem tuam.

Commemorationem itaque diſpenſationis tuæ ſalutiferæ agimus; exinanitionis tuæ voluntariæ pro nobis: paſſionis tuæ vivi-

(1). Hiſce expreſſionibus Monophyſitarum error continetur, vide varias ſectas Monophyſitar. apud Aſſem. Patruum in diſſert. de Monophyſitis Tom. 2. Bibliot. præfixa.

Digitized by Google

vivificæ: ſepulturæ tuæ quæ corruptionem ſepulcralem ſoluit: Reſurrectionis tuæ glorioſæ poſt triduum e ſepulcro: mirabilis aſcenſionis tuæ ex terra in cœlum; ſeſſionis tuæ Regiæ & præclaræ ad dexteram majeſtatis Patris, & adventus tui ſecundi terrore pleni, quando ſuſcitabis omnes homines, & opera omnium pàlam fient: quando ſedes igneas Apoſtolis ſtatues, & retributionem populi Iſraelitici illis committes: cum ira aſpicies operantes iniquitatem: & impii, atque iniqui cruciatus abſque miſericordia, ſecundum æquitatem, & juſtitiam ſuſcipient: Orieturque dies ignis illius obſcuri neque lucentis: Et coram ſede majeſtatis tuæ aſcendent omnes tribus; & ſtridor dentium, & planctus amarus, ac inconſolabilis erit; judicium aperietur, & judex ſedebit; & per ardorem flammæ examinabit; Eja Domine, propitiare, & miſerere in tempore illo tremendo populi tui fidelis, qui te confitetur, & nomen tuum laudat. Ne voces fletus cum adverſario, ex nobis audiantur, ne plangant Angeli tui Sancti, quod a conſpectu tuo proiiciamur: Sed convertere Domine, & audi ſuſpiria, & gemitus ſervorum, & Ancillarum tuarum: Ignoſce Peccatoribus; ſanctifica pænitentes: parce omnibus nobis per clementiam tuam: & ſuper nos Reos effundantur miſericordiæ tuæ: Etenim propter hæc omnia Eccleſia ſancta, quam acquiſiviſti, obſecrat, & deprecatur te, & per te, & tecum Patrem tuum dicens:

Miſerere.. Nos quoque .. Te laudamus .. Quam timenda eſt ..

Sacerdos inclinatus dicit invocationem Spiritus Sancti.

Eja Domine veniat Spiritus tuus Sanctus, & requieſcat per gratiam ſuam, ſanctificet, ac perficiat ſacrificium hoc, quod coram nobis propoſitum eſt: nobiſque illud purificationem eſſe faciat; verum nec propter opera noſtra (1) odibilia prives popu-

(1) Hiſce verbis non deſignatur error Donatiſtarum, & aliorum qui ajebant; Miniſtri ſanctitatem neceſſariam ad valorem Sacramentorum, hic enim

lum tuum fidelem dono cœleſti; ſed per abundantiam gratiæ tuæ hunc mitte nobis, qui donis ſuis divinis nos repleat, & ſicut in columbæ ſpecie in Jordane fluvio ſuper unigenitũ filium tuum requievit, & ſuper Apoſtolos Sanctos in linguis ignis apparuit, ſic habitet & requieſcat, ſuper nos, & ſuper oblationes iſtas.

Exaudi me.

Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Ut illabens per gratiam ſuam panem quidem iſtum ✠ efficiat ✠ corpus ✠ Chriſti Dei noſtri.

Amen.

Et miſtum, quod eſt in calice hoc ✠ faciat ✠ Sanguinem ✠ Chriſti Dei noſtri.

Amen.

Ut, qui in delitiis myſteriorum iſtorum vivificantium epulati fuerimus, & quorum animæ, & corpora ſanctificata fuerint, ea non in confuſionem fiant nobis in noviſſimo die, ſed in ſalutem, & apologiam coram tremenda majeſtate tua, & bonis cum triumphatoribus in lumine intellectuali tuo digni efficiamur: per gratiam, miſericordiam, & clementiam unigeniti filii tui, & Spiritui tui Sanctiſſimi.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Convertere Domine, & ſuſcipe de manibus noſtris peccatricibus ſacrificium hoc, quod tibi offerimus in hoc momento pro tranquillitate Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & cuſtodia filiorum ejus atque

---

enim error apud Monophyſitas potiſſimum Alexandrinos numquam obtinuit; ſenſus igitur ſimilium formularum hic eſt, orare Sacerdotem ut Deus peccata Sacerdotis, & aliorum non attendat, aut eorum cauſſa Chriſtianum Populum circumſtantem, beneficio, quod exſpectet, privet: ita autem orant ex cordis plenitudine, propriaque indignitatis conſcientia fatendo ſe indignos tanto miniſterio eſſe, timereque ne ſui cauſſa Deus gratiam, & beneficium, quod poſtulatur, & fide expectatur, ſubtrahat.

Digitized by Google

atque Sacerdotum ipſius exaltatione, potiſſimum autem pro beatis Paſtoribus qui hodie illi præſunt in fide orthodoxa: præcipue vero Patriarcha noſtro Mar N. & Mar N. & Epiſcopo noſtro Mar N. ac reliquis Epiſcopis orthodoxis, ut in paſcuis Spiritualibus, cum vita longa, & temporibus pacatis abſque acceptione perſonarum paſcant eam & gubernent; Item & pro me. Reo obſecro te ſcrutator mentium, ut abſtergas a me omnem peccati maculam & perfecte mundes me; ut Sanctitas, quæ a te eſt, in me habitet: Item & pro corona anni, ut benedicatur per gratiam tuam: aeres concede temperatos, quibus fructus creſcant, ut edant pauperes, & ſaturentur, & voce gratiarum actionis te glorificent.

Extollit vocem.

Tu es enim, qui omnium hominum curam geris, & unumquemque ubique locorum adiuvas, & gubernas: Adiuva nos, Domine, & exaudi nos quotieſcumque clamamus ad te: Et liberans nos ab omni errore & ignorantia, ac tenebris peccati, fac ut in luce mandatorum tuorum ambulemus cunctis diebus vitæ noſtræ. Quia tu es ſpiraculum (1) omnis viventis, & tibi debetur gloria, & honor ab omnibus, quæ creaſti in cœlo, & in terra, & unigenito filio tuo, ac Spiritui tuo ſanctiſſimo.

Sacerdos inclinatus.

Iterum cum deprecatione te obſecramus pro illis, qui nobiſcum congregati orant; & pro omnibus illis, qui diligenter nobis præceperunt, ut memoriam eorum coram te ageremus. Et pro illis, qui vota, & primitias in Eccleſia tua ſancta adimplent, & offerunt: qui Sanctis miniſtrant: & pauperibus populi tui alimenta præbent; & eorum, qui hodie ſeparaverunt, & obtulerunt.

Extollit vocem.

Et ſacrificium hoc benigne reſpiciens, itaut voluntas tuas in eo

(1) Scilicet, Tu es, in quo & per quem ſpirat omne, quod vivit.

in eo acquieſcat, & per benignitatem miſerationum tuarum ſuſcipiatur: adiuva & ſalva omnes te invocantes ex toto corde ſuo. Suſcipe Domine in expanſo cœlo tuo orationes, oblationeſque, quæ ab univerſa Eccleſia tua ſancta tibi offeruntur: & illas, quas nunc tibi obtulerunt: parce per gratiam tuam omnibus iniquitatibus, quæ a nobis commiſſæ ſunt, quia tu es Deus volens miſerationes, & amorem erga homines, & tibi attollemus gloriam & unigenito Filio tuo, ac Spiritui tuo.

Sacerdos inclinatus.

Rurſus deprecamur te Domine pro pace regnorum, ceſſatione bellorum, & pro præclaro totius mundi ſtatu,ut adoratores tui per miſerationes quæ a te ſunt conſerventur, & cum quiete ac pace unuſquiſque in regione ſua tibi confiteatur.

Elevat vocem.

Corda, & mentes Regum, & Principum ad te trahe Domine: impetus belluinos, & vanas doctrinas ab Eccleſia tua depelle: & in fide recta quæ in te eſt, inconcuſſe conſervetur: & cantica ſpiritualia vocibus triumphalibus & modulatis a filiis ejus tibi concinantur: diſſipa, & propulſa eos, qui adverſus eam cogitant. Quia tu es dator, & largitor omnium bonorum: & tibi gloriam, & gratiarum actionem attollimus.

Sacerdos inclinatus;

Memento Domine, & eorum, quos ab antiquo non es oblitus. Prophetarum ſcilicet, qui interpretes fuerunt myſteriorum tuorum: beatorum Apoſtolorum, prædicatorum Illuſtrium; Evangeliſtarum Strenuorum, qui pugnaverunt, & vicerunt errorem idolorum: Martyrum fidelium, qui fortitudinem animi oſtenderunt: & Johannis Baptiſtæ vocis Verbum præcedentis, & præcurſoris primi: Stephani quoque qui primus exhibuit certamen glorioſum, & coronatus eſt corona martyrii: Illius etiam, quæ eſt decus iſtorum, & ab ipſis honoratur, & celebratur, quæque excelſior, ſuperiorque cunctis ordini-

dinibus cœleſtibu a tota Eccleſia cœlum ſecundum nominatur, Virginis Genitricis Dei Mariæ, cum omni cœtu Sanctorum.

Extollit vocem.

Cum itaque memoriam agamus coram te Domine eorum, qui tibi a ſæculo placuerunt: per orationes, & deprecationes eorum propitius eſto peccatis noſtris voluntariis, & involuntariis: & ab omnibus offendiculis & incurſibus Satanicis ſalva nos, & cum eis in regno cœleſti inhabitare & gaudiis illorum perfrui dignos nos effice: ut inter illos laudem inceſſabilem attollamus miſericordiæ tuæ Domine, & Filio tuo unigenito, & Spiritui tuo vivificanti.

Sacerdos inclinatus.

Memento Domine & Paſtorum probatorum, myſtarumque myſteriorum tuorum divinorum, qui in generatione & generatione ſteterunt in Eccleſia tua ſancta, & greges tuos Sacerdotales in orthodoxia paverunt, atque rexerunt, & ad aquas quietis deduxerunt; atque illos, qui in errore verſabantur, doctrinis divinis illuminarunt, & ad te direxerunt, & adduxerunt, & fidem rectam ſanctæ Trinitatis conſubſtantialis ſtabiliverunt & confirmarunt; omneſque mendaces hæreſeon pernicioſarum doctrinas depulerunt, & diſpunxerunt. Præcipue vero Ignatii, Dionyſii, Athanaſii, Gregorii, Dioscori (1) Severi cum illis omnibus, qui perſecutionem paſſi ſunt propter nomen tuum.

Extollit vocem.

Antiſtitum veracium, & Strenuorum Athletarum timoris Dei, qui anguſtias, & cruciatus multos pro Eccleſia tua Sancta paſſi ſunt, & ſuſtinuerunt, & Atheos populos ad tui adorationem converterunt, & ſuperſtitionem Judaicam confutaverunt, atque hæreticas garrulitates rejecerunt: fidem Apoſtolicam præ-

(1) Hinc vides Liturgiam hanc Monophyſitarum eſſe, cum Hæretici commemorentur.

Digitized by Google

prædicaverunt; omniumque noſtrum animas in te confirmaverunt: per pias eorum preces averte a nobis omnes virgas furoris, & tentationes difficiles, pacem, & tranquillitatem, quæ a te eſt, concede nobis: dignoſque nos effice perfruendi vita beata per eorum obſecrationes: quia tu bonus, & multæ miſericordiæ tibique gloriam attollimus, & unigenito Filio tuo, ac Spiritui.

Sacerdos inclinatus.

Memento etiam Domine omnium illorum, qui ab Adamo, & Abel, uſque modo moribus ſuis tibi placuerunt, & ad te profecti ſunt: præſertim vero eorum, qui præclare miniſtraverunt, & ſervierunt coram te, Sacerdotum orthodoxorum, qui æconomiam Sacramentorum tuorum ſanctorum commiſſam ſuæ fidei habuerunt: Diaconorumque, qui animas ſuas tuique populi fidelis purificaverunt & omnis ordinis, qui miniſterio Sacerdotali alligatus eſt illorum, qui in fide recta tua conſummati ſunt: Maxime vero Patrum noſtrorum corporalium, & Spiritualium, eorumque, quorum nullus eſt qui meminerit, ſed eſt apud te eorum commemoratio.

Extollit vocem.

Igitur per præclaras miſerationes tuas, eorum recordatus Domine, & in ſinu Abrahæ quietem illis præſtans, & ad menſam illam tuam intelligibilem eos collocans: necnon peccata eorum prætermittens, illiſque parcens propter multas miſerationes tuas; nos quoque, & illos dignos effice gaudio illo indefectibili, ut in habitaculo beato, in gloria Sanctorum tuorum lœtemur; ac proinde remiſſionem inſipientiarum noſtrarum nobis concede, quia nullus eſt, qui vivat, & non peccet, aut purus ſit a ſordibus, & macula peccati, niſi unus ſolus Dominus Deus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus unigenitus Filius tuus, per quem nos quoque ſperamus miſericordiam conſequi, & veniam peccatorum, quæ propter eum eſt, nobis quoque & illis.

Quie-

Digitized by Google

Quietem præſta.

Quietem præſta Domine, animabus, corporibus, & Spiritibus illorum omnium, qui juſſu tuo liberati ab hoc ſæculo, in fide orthodoxa ad te migraverunt: nec introeat chirographum peccatorum illorum, & noſtrorum ad judicium rectum in tremendo illo die retributionis, ſed per abundantiam gratiæ tuæ, propitius eſto nobis omnibus. Quia tu es Dominus, qui retribuis unicuique juſte; & ſi intres nobiſcum in judicium Domine, non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. Verum oſtende nobis gratiam tuam, & ab igne gehennæ per miſerationes liberemur: ut propter hæc omnia glorificetur, & exaltetur nomen tuum ter honorabile, & benedictum, Domini etiam Jeſu Chriſti, & Spiritus tui Sancti.

Sicut.. Pax.. Et Spiritui.. Sint.. Et cum.

Diaconus dicit Catholicam (1). Frangit, & ſignat.

Oratio ad Pater noſter.

PAter ſancte, excelſe, & timende, qui cum timore laudaris, & exaltaris ab omnibus ordinibus, chiliadibus, & Myriariadibus Angelorum; & a Cherubim inclinatis in motu Rotarum benediceris: & a cætibus innumeris Seraphim Igneorum ſanctificationibus glorioſis, & canticis immaterialibus cum tremore ſanctificaris: qui etiam adoraris, & glorificaris a nobis Infirmis, abjectis, & terrenis; æquum eſt, ut invocemus te Pater æterne, per doctrinam vivificam, & orationem dominicam, quam unigenitus filius tuus Apoſtolos ſuos Sanctos docuit, & pignus adoptionis filiorum nobis conceſſit: & myſteria, hæc vivifica nobis tradidit, ut cum fiducia, quæ filios decet, & juvat, cum anima purgata a maculis peccati, mente ab omnibus affectibus materialibus libera, & corde puro a cunctis cogitationibus carnalibus, una voce gratiarum actionis plena, audeamus te in-

(1) Quid ſint Catholicæ vide in expoſitione Sanct. Johannis Maronis Tom. 5. Cod. Lit.

te invocare Patrem omnipotentem, orare & dicere. Pater noſter, qui es in cœlis.

Sanctificetur.

Eja fortis, & potens Domine, qui virtutem, & poteſtatem nobis dediſti adverſus virtutem hoſtis intellectualis; libera, & ſalva nos ab omnibus inſidiis pernicioſis, & a tentationiſis intolerabiſibus, virgiſque furoris, quia tuum eſt regnum, & tu es Rex gloriæ, tibique gloriam attollimus, & unigenito.

Amen .. Pax .. Et Spiritui .. Coram.

Sacerdos.

Coram imperio benignitatis tuæDomine obſecratoria proſtratione animæ corporiſque inclinati ſervi tui a ſuavitate tua petimus veniam debitorum, & remiſſionem peccatorum: Sanctifica nos omnes ſanctitate perfecta, quæ a te eſt, & benedictione illa inauferibili ſimul omnes benedicamur, ut ſuſceptioni ſanctorum myſteriorum ſancte communicemus, quoniam ſaavis es, & fons uberrimus benedictionum, largitorque omnium bonorum, & tibi gloriam attollimus.

Sacerdos. Pax .. Et Spiritui .. Sit .. Et cum .. Sanctificationes .. Unus Pater .. Stemus.

Sacerdos.

Gratias (1) agimus abundantiæ bonitatis tuæ, Domine, laudamus, & exaltamus te, & vocem glorificationis inceſſabilem tibi referimus, quod nobis pelago peccatorum immerſis, per ſuſceptionem Corporis & Sanguinis unigeniti Filii tui, mundationem contuliſti, Ne in judicium, & condemnationem nobis fiant in illa die, qua unicuique juxta opus ſuum retribuetur:

(1) Oratio hæc eſt gratiarum actionis quæ dicitur poſt communionem.

Digitized by Google

tur: ſed a Gehenna per miſerationes tuas liberemur, & ad menſam tuam intellectualem in regno tuo cum Sanctis tuis epulemur: per gratiam miſericordiam & clementiam tuam, & unigentii filii tui, ac Spiritus tui Sanctiſſimi.

Amen .. Pax .. Et Spiritui .. Poſt.

Sacerdos.

Lumen de lumine, Deus de Deo qui inclinavit cœlos Sanctitatis ſuæ, & clementer in terram deſcendit ad ſalutem univerſi, extende dexteram tuam omnipotentem, & emitte ſuper nos omnes benedictiones tuas; ſanctifica animas, & corpora noſtra per ſacrificium hoc, quod ſumſimus, & in ſemitas juſtitiæ greſſus noſtros dirige, ut ſecundum voluntatem tuam gubernemur, atque mandata tua cuſtodiamus, & faciamus cunctis diebus vitæ noſtræ, finemque beatum aſſequamur, & gloria inceſſabili cum Sanctis tuis te glorificemus, & Patrem tuum adorandum, ac Spiritum tuum Sanctum, vivificantem, & tibi conſubſtantialem.

Explicit Anaphora S. Mar Dioſcori, ejus Oratio nobiſcum ſit.

LITURGIA SANCTI BASILII

Ex Versione Andreae Maſii. (1)

Precatio ante Pacem.

Æterne Deus qui in principio homines creaſti ad immortalitatem, mortem porro per invidiam diaboli ingreſſam in mundum, per ſalutarem adventum unigeniti Filii tui Domini Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti deſtruxiſti, viribuſque caſſam reddidiſti, & cœleſti pace terram impleviſti; tu, inquam, quem exercitus etiam Angelorum celebrabant dicentes, Gloria in excelſis Deo, atque inter homines bona voluntas; reple o ſuaviſſime Deus, corda noſtra bona voluntate tua, pacis conciliatrice, expurgans nos omni labe & dolo, omnique ſimultatis pertinacia, quæ mortem invitat: ac dignare nos mutuam nobis inter nos precari pacem, cum oſculo ſancto & divino: ut expertes omnis culpæ, fiamus participes donorum tuorum

(1) Hanc Liturgiam ex Syriaco Codice vulgavit, & latine convertit Vir Doctiſſimus Andreas Maſius. Nos illam ex fide hujus Viri evulgamus, cum Syriacum exemplar nondum viderimus; eam Renaudot Tom. 2. pag. 548. eddit, qui obſervat pag. 562. & ſeqq. Maſium a ſimplicitate ſtili Eccleſiaſtici receſiſſe, & latine loqui affectaſſe: Adhæc Renaudot monet ſe in quodam Colbertino Codice ſatis vetuſto reperiſſe tributam non ſoli Baſilio, ſed & Gregorio Theologo: Subdit Liturgiam a Maſio vulgatam differre a Colbertino Codice in multis, & varietatis exemplum profert in Spiritus Sancti invocatione; Sed cum vel ipſe Renaudot. lectionis varietates nullius momenti eſſe adverterit, & utramque in eſſentialibus convenire aſſerverit, hinc omiſſis varietatibus a Renaudot. indicatis, Liturgiam prout a Maſio vulgata fuit, nos in hac appendice dare decrevimus.

Digitized by Google

rum cœleſtium, & immortalium, per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum: per quem & cum quo tibi debetur gloria, honor & poteſtas, una cum ſanctiſſimo tuo Spiritu, bono, adorando, vitam largiente, atque tibi in ſubſtantia æquali, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax & tranquillitas omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Demus pacem alter alteri, cum oſculo ſancto & divino, ac caritate Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Populus. Dignare nos Domine Deus noſter.

Diaconus. Ante ſumtionem myſteriorum ſacrorum quæ offeruntur, capita noſtra coram Domino miſericorde inclinemus.

Populus. Coram te Domine Deus noſter.

Sacerdos. Domine Deus noſter qui de abundantia gratiæ tuæ in omnia extendiſti, nobis pluſquam petimus tribuis, & benignius quam intelligimus, nobiſcum agis, extende Domine; manum tuam non aſpectabilem; & benedic ſervis & ancillis tuis, mundatoque ipſos ab omni macula carnis & ſpiritus, atque dignare nos fieri participes corporis unigeniti Filii tui, quo cum puritate & ſanctimonia ſupplices, preces tibi offeramus & unigenito Filio tuo Domino noſtro Jeſu Chriſto atque Spiritui tuo ſanctiſſimo, bono, adorando, vitam largienti, tibique in ſubſtantia æquali, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Precatio ſuper velamine.

Sacerdos.

DOmine qui ab Angelis & Archangelis extolleris, a Seraphim ſanctus pronunciaris, ſuper Cherubim ſedes; atque ab his ſimul omnibus nullo interpoſito ſilentio, vocibus divino ſermone informatis glorioſe laudaris: & a nobis etiam terræ incolis ſacerdotali functione coli vis, non quod noſtro cultu opus

habeas,

Digitized by Google

habeas, ſed ut nos ſanctitatis tuæ reddas participes: ſuſtine nos Domine ad altare tuum ſanctum accedentes; neque propter labem peccati, qua ego noxius homo commaculatus ſum, deſpicias ſervos tuos, qui coram te conſiſtunt. Tu enim, ut qui ipſe fictor es, cognitum exploratumque habes figmentum noſtri, quod non juſtificetur coram te ullus ex muliere natus: ſed tu dignos efficito nos, qui puro corde ſtemus coram te, tibique miniſtremus atque offeramus ſacrificium hoc reverendum & incruentum, ad abolenda delicta noſtra, & pro piaculo populi tui, eorumque peccatorum, quæ ille per inſcitiam admiſit: ac pro tranquilla requie eorum qui antehac occubuerunt: cum ſpem haberent in unigenito Filio tuo: cum quo tibi debetur gloria, honor & poteſtas, ac ſimul ſanctiſſimo tuo Spiritui, bono adorando, vitam largienti, tibique in ſubſtantia æquali, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Diaconus. Stemus decenter, ſtemus reverenter, intentique ſimus, dum hæc Anaphora cum pace peragitur.

Populus. Miſericordiam & pacem, ac ſacrificium & gratiarum actionem.

Sacerdos. Caritas Dei Patris, gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Surſum ſint mentes.

Populus. Sunt ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino reverenter.

Populus. Dignum & juſtum eſt.

Sacerdos inclinatus.

Domine Deus omnipotens, adorande, æquum certe & juſtum eſt, conveniſque majeſtati ſanctitatis tuæ, ut te laudemus, te celebremus, tibi gratias agamus, tuam gloriam prædicemus, tibi vero Deo offeramus corde contrito & ſpiritu humili, fructus

ctus ſpirituales, ſacrificium laudis, cultum rationabilem, quia tu is es, qui donaſti nobis cognitionem veritatis tuæ. Sed quis valeat eloqui potentiam tuam, aut celebrare omnes laudes tuas, vel enarrare mirabilia opera tua, qui rerum omnium obtines imperium, quique cœli & terræ omniſque creaturæ & aſpectabilis & non aſpectabilis es Dominus: qui ſedes ſuper ſolium majeſtatis tuæ, atque intueris abyſſum: principio carens, non viſu non ſenſu alio, non ullo denique modo comprehenſibilis: qui es Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti magni Dei Redemtoris & Domini noſtri, qui eſt imago bonitatis tuæ, & forma æquali ſigillum, quo te repræſentat: Verbum tuum, Deus verus: ſapientia quæ fuit ante ſæcula: vita, ſanctitas, virtus ac lumen verum, quod revelavit nobis ſpiritum illum bonum & ſanctum: ſpiritum veritatis, & adoptionis piorum, ſpiritum principalem: arrhabonem futuræ hæreditatis, primitias bonorum æternorum: virtutem vitæ effectricem, fontem ſanctitatis, ex quo omnis creatura quæ ratione prædita eſt, & quæ intellectu pollens corpore vacat, ſanctificata atque illuminata, tibi laudem, prædicationemque perpetuam gloriæ offert.

Hic ſuſtollit vocem Sacerdos.

Te adorant Angeli & Archangeli, te laudant Throni & Dominationes, te prædicant Principatus & Poteſtates, te celebrant Virtutes & exercitus cœleſtes; coram te conſiſtunt duo animalia veneranda cingentia ſanctum ſolium majeſtatis tuæ, quæ plures habent facies; pluresque oculos, ac ſenas alas ſingula: Seraphim & Cherubim, binis alis obtegentia facies ſuas, ne intueantur non aſpectabilem theſaurum divinitatis tuæ: binis item pedes ſuos, ne adurantur ab æſtu reverentiæ tuæ: a cujus minimi ardoris exiguæque ſcintillulæ vehementia confunduntur omnes creaturæ, tum quæ ſola mente intelliguntur, tum quæ ſenſu percipiuntur: demum binis volantia acclamant invicem, nunquam ceſſantibus oribus, & divinæ prædicationis vocibus

Digitized by Google

cibus perpetuis, laudem victoriæ redemptionis noſtræ concinentia vociferantiaque ac dicentia.

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus; &c.

Sacerdos inclinatus.

Sanctus enim vere es, neque eſt ulla menſura magnificentiæ ſanctitatis tuæ, & benignus es in omnibus operibus tuis: nam cum juſtitia & certo veroque judicio induxiſti omnia ſuper nos. Condideras enim hominem ſumto de terra pulvere, honoratumque eum tua imagine poſueras in paradiſo deliciarum, vitæ promiſſa immortalitate, ſi quidem tuum obſervaret mandatum. Verum quando tibi Deo conditori ſuo non obtemperavit, ſubjectus eſt fallaciæ ſerpentis, mortuuſque per ſua ipſius delicta. Tu vero in exilium quidem miſiſti æquiſſimis judiciis tuis, extra paradiſum deliciarum, in hunc mundum: atque ad eam ipſam terram denuo redire coegiſti eum, ex qua deſumtus fuerat: ſed ita ut deſtinares ipſi ſalutem, per eam regenerationem, quæ eſt in ipſo Chriſto tuo; neque enim diſſolviſti prorſus figmentum tuum quod feceras, o bone, nec ſuſtinuiſti ut ad conſummatam internecionem redigeres opus tuum, ſed viſitaſti eum per benigna miſericordiarum tuarum viſcera; placuitque tibi ut per denuo naſcendi rationem, reduceres nos ad eam vitam quam amiſeramus: variiſque oberrantes viis, quæſiviſti nos, & variis modis nos revocaſti. Exhibuiſti viros juſtos ſæculis priſtinis, qui nobis ad cognoſcendas veritates tuas viam commonſtrarunt; miſiſti prænuncios futuræ ſalutis noſtræ: operatus es miracula, atque potentiam exercuiſti per ſanctos tuos; nimirum teſtificans de ipſis quod eſſent diſpenſatores theſauri tui. Legem in ſubſidium dediſti, Angelos cuſtodes conſtituiſti. Denique ubi veniſſet plenitudo temporum, locutus es nobis, per ipſum filium tuum, per quem feceras etiam mundum: qui cum ſit ſplendor gloriæ, & expreſſa imago tui ipſius, adducatque univerſa verbo potentiæ ſuæ, numquam rapinam exiſtimavit, hoc ipſum quod eſſet æqualis Deo: ſed Deus ipſe æternus,

ſuper

Digitized by Google

ſupèr terram viſus eſt, & cum hominibus eſt converſatus, qui cum in forma Dei eſſet, inanivit ſe ipſe, forma ſervi ſumta: incarnatuſque eſt de Spiritu ſancto, & ex ſancta ſemperque Virgine Maria: conformis extitit humili corpori noſtro, ut conformes redderet nos imagini & gloriæ ſuæ. Quia enim per hominem peccatum intraverat in mundum; & per peccatum mors, voluit unigenitus tuus, ille qui eſt in ſinu tuo (Patris) cum eſſet factus ex muliere, & eſſet ſub lege, damnare peccatum in carne; quo nos qui per Adamum mortui eramus, viveremus per Chriſtum. Cumque ætatem ageret in hoc mundo, inſtruxit nos præceptis ſalutaribus, removitque ab idolorum cultu, atque deduxiſti in cognitionem tui, Dei veri & Patris: comparanſque nos ſibi in populum peculiarem, regnum ſacrum, cœtum ſelectum, atque mundans nos aquis, & ſanctificans nos per Spiritum, dedit ipſe ſe pretium illius mortis in qua detinebamur, cum venumdati eſſemus per peccatum. Porro poſtquam deſcendiſſet de cruce ad inferos, ut expleret ipſe omnia, ſurrexit tertia die, fecitque viam univerſæ carni ex mortuis reſurgendi. Quia nefas erat ut is qui erat principium vitæ retineretur per corruptionem; factus eſt ille qui erat primitiæ dormientium, primogenitus mortuorum, quo eſſet ipſe primarius in omnibus. Ut autem aſcendit in cœlum conſedit ad dexteram majeſtatis in excelſis: is qui etiam venturus eſt tributum unicuique homini ſecundum opera ejus. Reliquit vero nobis memoriam paſſionis ſuæ ſalutaris, ea quæ propoſuimus ſecundum ipſius mandatum.

Et hic Sacerdos extollit vocem ſuam.

Cum enim eſſet exiturus ad crucem ſuam voluntariam, ac ſalutarem, in ea nocte qua tradebatur pro vita & redemptione mundi, accepto pane in ſanctas, incontaminatas, puras & illibatas manus ſuas, gratias egit, benedixit, ſanctificavit, fregit & dedit diſcipulis ſuis, & Apoſtolis ſuis ſanctis, dicens: Accipite, comedite de ipſo: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis,

Digitized by Google

& pro multis frangitur & dividitur in expiationem culparum remiſſionemque peccatorum ac in vitam ſempiternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter autem & calicem vini nati e vite, & poſtquam cœnaverunt, accepit, miſcuitque aquis, gratias egit, benedixit, ſanctificavit, ac guſtavit, & diviſit diſcipulis ſuis, & Apoſtolis ſanctis, dicens: Accipite bibite ex eo vos omnes: Iſte eſt ſanguis meus ille, Novi Teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effunditur & ſpargitur, in expiationem culparum & remiſſionem peccatorum: atque in vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Quotieſcumque enim hoc facitis, mortem meam annunciatis, ac memoriam ſepulturæ reſurrectioniſque meæ celebratis, donec ego venero.

Populus. Mortem tuam Domine annunciamus, atque reſurrectionem profitemur, & adventum tuum ſecundum expectamus: miſericordiæ tuæ ſint ſuper nos omnes.

Sacerdos. Recolentes igitur etiam nos adventum tuum Domine in carne, & mortem tuam, ſepulturamque tuam, atque reſurrectionem tuam a mortuis, quæ tertio die contigit, & aſcenſum tuum in cœlum, ac ſeſſionem tuam ad dexteram Dei Patris: præterea adventum tuum formidabilem & majeſtatis plenum, in quo judicaturus es orbem terræ cum juſtitia, & populos cum æquitate: ſupplices, o Domine tibi ſumus; qui ſolus fuiſti expiatio mundi, & es pretium quod ſatis ſit ad opponendum peccatis noſtris, quia tuum ſolius eſt remittere peccata ſuper terram, ut pote Dei, in cujus poteſtate omnia ſunt ne in die illa qua judicaturus es orbem terræ per juſtitiam, intres in judicium cum ſervis tuis, aut negligas hæreditatem tuam abalienatam a gratia ſancti Spiritus, ut ne extorris fiat a regno tuo cœleſti. Propitius eſto nobis & miſericors in illa hora pronunciandæ ſententiæ, neque deſtituas nos, ut fiamus hæredes tenebrarum penitus omnis lucis expertium: nequaquam alienemur Domine

mine a peculio tuo, neque pronuncies adverſum nos illam ſententiam: Ite maledicti, poſſidere ignem ſempiternum: ne abdices nos, neque dicas nobis, non novi vos: neque torqueamur in inferno cum iis qui non crediderunt, ſed irritaverunt gratiam tuam. Verum recordatus miſericordiæ & benignitatis tuæ, propter quas te ipſum etiam tradidiſti pro nobis, redime nos o Domine a damnatione illa ærumnoſa: libera nos a tormentis illis terribilibus; aſſere nos a verme illo putrido & amaro: exime nos a flumine illo ignis horrendo. Per hoc enim cognoſcitur impervestigabilis theſaurus placabilitatis tuæ, quod noſtri miſereare, qui bonorum ſervorum non obtinemus ſtationem. Populus enim & hæreditas tua ſupplex tibi eſt, ac per te & una tecum, etiam Patri tuo dicens.

Populus, Miſerere noſtri Domine Deus Pater omnipotens,

Sacerdos. Et nos miſeri peccatores conſecuti gratiam tuam, gratias agimus tibi de omnibus & pro omnibus.

Populus. Te laudamus, tibi benedicimus, te adoramus, obſecramuſque Domine Deus, ut parcas nobis miſerearisſque noſtri.

Diaconus. Quam veneranda eſt hora iſta, & hoc tempus dilectiſſimi, cum Spiritus vivus & ſanctus, e ſupremis cœlorum ſedibus deſcendit, atque incubat, manetque ſuper hanc Euchariſtiam propoſitam, eamque conſecrat. Tacite igitur & reverenter orate.

Sacerdos inclinatus. Invocatio Spiritus ſancti.

PRopterea Domine & nos miſeri & peregrini atque inutiles ſervi tui, quos dignatus es adminiſtros eſſe ſacroſanctorum myſteriorum, paſſionumque Chriſti tui, non quidem propter juſtitiam noſtram: nihil enim boni egimus ſuper terram, ſed per miſericordiam & clementiam tuam, quas affatim effudiſti ſuper nos, cum fiducia jam accedimus, ut contingamus altare tuum ſanctum. Et qui propoſuimus typum corporis & ſanguinis

Digitized by Google

nis Chriſti tui; adoramus ac ſupplices rogamus te, per bonitatis tuæ benignitatem: veniat ſanctus tuus Spiritus ſuper nos, & ſuper hæc quæ propoſuimus dona, ac ſanctificet ipſa, *ſublataque voce* Domine exaudi me.

Populus. Kyrie eleiſon.

Sacerdos. Et efficiat panem iſtum, corpus glorioſum Domini noſtri Jeſu Chriſti, corpus cœleſte, corpus vitæ efficiens, corpus pretioſum, in expiationem culparum & remiſſionem peccatorum, vitamque æternam iis qui accipiunt.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et calicem hunc, ſanguinem pretioſum Domini Dei regnantis ſuper omnia Jeſu Chriſti, ſanguinem redimentem, ſanguinem vitæ efficientem, ſanguinem expiantem, qui effuſus eſt pro redemptione & vita mundi, in expiationem culparum & remiſſionem peccatorum, vitamque æternam iis qui accipiunt.

Populus. Amen.

Sacerdos. Nos autem qui de uno pane vitæ, & calice redemptionis accepimus, quo inter nos adunemur, dignare communicatione Spiritui ſancti: neque noſtrum quiſquam in condemnationem ſui edat aut bibat, propter multitudinem peccatorum noſtrorum; ſed miſericordiam conſequamur in die juſtæ, atque æquæ tuæ retributionis, per gratiam, miſericordiam; ac amorem unigeniti Filii tui erga humanum genus: per quem & cum quo tibi debetur laus, & gloria & poteſtas, & cum ſanctiſſimo tuo Spiritu, bono, adorando, vitam largiente, atque tibi in ſubſtantia æquali, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Sancte Sanctorum Domine Deus virtutum, offerimus tibi ſacrificium hoc reverendum & incruentum, pro Eccleſiis ſanctis, quæ a finibus terræ uſque ad fines ejus exiſtunt. Memento etiam

Digitized by Google

etiam Deus hujus noſtræ Eccleſiæ, eorumque qui in Eccleſiis ſerviunt, Patrum bonæ memoriæ & Patriarchæ noſtri Domini N. atque reliquorum omnium Epiſcoporum Orthodoxorum, prudentiamque & fortitudinem cuilibet illorum tribuito; ut recte paſcant gregem tuum ſacrum. Memento etiam Presbyterorum Orthodoxorum, Diaconorumque, qui ubivis ſive mortui ſive ſuperſtites ſunt, & dato illis, ut inculpate ſerviant ad aram ſanctam. In Virginitate atque ſollicitudine durantium, memento Deus, ac miſeriæ etiam meæ, parceque mihi peccatori inutilique ſervo tuo, cui gratiam benignitatemque viſcerum tuorum exhibuiſti: ac me etſi indignum redime, pro multitudine miſerationum tuarum, ut te ſemper laudem per omnem vitam meam: libera me ab omnibus qui oderunt me, & convertantur inimici mei retrorſum. Aperi oculos mentis meæ, ut irradiet illuſtretque me lumen, ad cognoſcenda ea ſenſa quæ tibi, Deus, congruunt. Memento Deus etiam populi ſperantis in miſericordiis tuis, ac domos eorum in pace conſervato. Herbarum quoque & terræ frugum memineris Deus: datoque nobis pluvias tempeſtivas, ac benedictione tua perſequitor coronam anni benigniſſime: imperatoque terræ ut det fructus ſuos, quia oculi omnium ab te pendent.

Hic ſuſtollit vocem.

Atque erue nos fortiſſime Domine, a fame, lue, terræ motu, incendio, ſubmerſione, atque a perſecutore, inſurgentibuſque adverſus nos inimicis aſpectabilibus & non aſpectabilibus, qui ratione cernuntur, & qui ſenſu percipiuntur: a gladio malo, & ab omni manu populorum alienigenarum: ab hominibus improbis & fraudulentis, atque a loquentibus perverſa. Et pacem tuam, quæ omnem intellectus captum excedit, donato nobis, imbuitoque corda noſtra benignitate & probitate: ac dignare nos conſiſtere coram te, tibi vivere, tibi placere omnibus

bus diebus vitæ noſtræ : per gratiam, miſericordiam, atque amorem unigeniti Filii tui erga humanum genus, per quem, & cum quo tibi debetur laus, honor & poteſtas, cum ſanctiſſimo tuo Spiritu, bono, adorando, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Memento etiam Domine eorum qui una nobiſcum adſtantes orant, & eorum qui hinc procul abſunt : eorum quoque qui has oblationes attulerunt tibi. Tum etiam eorum, quorum nos ex præcepto meminiſſe debemus. Inſuper eorum qui in Eccleſiis fructuoſi ſunt, pauperum non obliti : & eorum qui eleemoſynis veſtituque aliis ſubveniunt. Horum inquam, & ſimul eorum qui cupiverunt quidem, ſed non valuerunt offerre, & omnino uniuſcujuſque memineris pro animi tui propoſito, & eorum quos modo commemoravimus.

Et hic extollit vocem ſuam.

Retribue Domine illis quorum meminimus coram te, & quorum non meminimus, pro terrenis cœleſtia, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporariis æterna, & facito ut hæredes ſint vitæ æternæ. Viduis patrocinare per amorem tuum erga genus humanum : pupillis eſto pater : captivos redime, ægrotos, maleque habentes ſanato : cum navigantibus navigato, facientibus iter, comes eſto : Denique eos qui in ſpeluncis vel fodinis & ſubterraneis locis durant ; propter nomen ſanctum tuum, confirmato atque adjuvato dextera tua : qui in exilio aut carcere ſunt, liberato ; errantes diſperſoſque colligito ; congregatoque omnes in ovile tuum, ut ſit unum ovile & paſtor unus, tibique laudem attribuamus, & gratias agamus, ac ſimul unigenito Filio tuo, & ſanctiſſimo tuo Spiritui, bono, adorando, vitam largienti, tibique, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Memor eſto Domine Regum noſtrorum laudabilis memoriæ, ac coronato eos ſpe bonæ voluntatis, & galea ſalutis, conſerva-

ſervatoque ipſos in fide ſana; atque ſubigito ipſos ſub jugum regni tui: & populos barbaros, Reipublicæque Chriſtianæ malevolos ipſis mancipato.

Et ſuſtollit vocem.

Nobis autem Domine concedito habitationem tranquillam & quietam, atque humilitatem perfectam: tu enim es adjutor, præſtaſque victoriam omnibus qui nomine tuo magno militant, tuaque cauſa ſumptis armis ſtipendia merent in bello. Eſto itaque Domine auxilio iis qui pro populo tuo redempto bella gerunt, & victoriam ipſis largire: imo tu ipſe adverſus eos dimicato, qui illos odio habent. Nos autem Domine ab omnibus periculis, anguſtiis, neceſſitatibus aſſere: cui laudem & gratiarum actionem offerimus, & ſimul unigenito Filio tuo, ſanctiſſimoque tuo Spiritui, bono, adorando, vitam largienti, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Quia porro tu in vitam ſimul & mortem habes imperium, dignare nos eorum etiam meminiſſe, qui inde a ſæculo placuerunt tibi, Patrum & Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Joannis Baptiſtæ, Stephani primi martyris, & ſanctæ Dei Genitricis, ac omnium denique ſanctorum.

Et ſublata voce.

Etſi ad loca glorioſa omniſque materiæ expertia, & quæ extra omnem comparationem ſunt, receperis in cœtum ſanctorum tuorum Domine: facito ut ſimus illorum conſortes in Eccleſia primogenitorum o bone. Cumque miſericordiam tuam laudabiliſſimam, & amorem tuum erga genus humanum imitantes, aſſiduas preces atque obſecrationes pro nobis tibi offerant, eoque memoriam illorum celebremus, ut quando nobis ipſi parum fidimus, memoria & legatione illorum protecti, per eos audeamus ad te accedere, atque tremendo hoc & reverendo ſacro munere defungi. Eſto expiator prævaricationum noſtrarum: tum propter ſanctas preces illorum, tum propter ſanctum nomen

Digitized by Google

nomen tuum, quod invocatum eſt ſuper nos, quia ſanctus ipſe es, & in ſanctis acquieſcis. Tibi itaque laudem & gratiarum actionem tribuimus, ſimulque unigenito Filio tuo, &c.

Diaconus. Ante,

Sacerdos inclinatus.

Memento etiam Domine eorum qui deceſſerunt, migraveruntque ex hac vita: & Epiſcoporum Orthodoxorum, qui inde a Petro & Jacobo Apoſtolis ad hunc uſque diem, rectum fidei verbum clare ſunt profeſſi & nominatim Ignatii, Dionyſii, Julii ac reliquorum divorum laudabilis memoriæ.

Et ſublata voce.

Memento Domine eorum quoque qui uſque ad ſanguinem pro religione ſteterunt, & gregem tuum ſacrum per juſtitiam & ſanctitatem paverunt, in locis uberum paſcuorum, & ad aquas amœnas, hoc eſt per divinam doctrinam: ac per obſecrationes, ſupplicesque preces ſuas, membra Eccleſiæ remota congregato in unam profeſſionem & religionem Apoſtolicam, ut pares omnium ſint voces & pares laudes, ſicque comparato omnium noſtrum voluntatem, mentemque, ut ſimus ſectatores fidei & profeſſionis illorum; quia benignus & ſumme miſericors es, tibique congruit laus, honor, & poteſtas, ſimulque unigenito Filio tuo, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus.

Memento etiam Domine patrum, fratrumque noſtrorum qui obierunt in vera fide, Presbyterorum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Lectorum, Cænobitarum, in cælibatu perpetuo viventium, Laicorum, quorum omnium tu numerum ſolus noſti, potiſſimum vero, qui jam nominantur.

Et ſublata voce.

Conditor corporum & animarum Domine, memento ad aram tuam cœleſtem, eorum omnium qui deceſſerunt de hoc mundo ærumnoſo, recreatoque eos in tabernaculo tuo omnis deco-

Digitized by Google

decoris pleno. Trajicito eos trans manſiones cruciatu horrendas, atque in tabernaculis luculentiſſimis collocato ipſos. Erue ipſos ex tenebris & caligine, atque ex tribulatione doloreque eripe; appareatque ipſis vultus tuus pacificus: neque intres cum ipſis in judicium, aut acrem quæſtionem habeas de acta vita. Sed ſive verbo ſive opera peccaverint, ut pote homines carne induti, remittito, aboletoque errores ipſorum. Noſtri vero, qui in vivis ſuperſtites ſumus, tu converſus miſerere. Ecce enim quotidie ad iracundiam concitamus te fædis & deteſtabilibus vivendi modis: quoniam unus ſolus eſt qui non peccavit, & qui a culpa liberet, Dominus noſter & ſervator noſter Jeſus Chriſtus per quem nos quoque omnes ſperamus, nos conſecuturos miſericordiam, & remiſſionem peccatorum, quæ propter eum nobis & illis.

Populus. Ignoſce, remitte.

Sacerdos. Ignoſce, remitte, condona Deus delicta illorum, quæ voluntarii, ſcientes vel ignorantes, re ipſa, aut ſolis cogitationibus patravere: occulta & manifeſta, quorum recordantur & quorum obliti ſunt: quæ omnia novit nomen tuum ſanctum.

Et ſublata voce.

Sanctiſſime Deus, memento etiam eorum, quorum memoriam hodie celebramus, omneſque illos veteres, admitte internuncios & conciliatores pro animis omnium noſtrum, dignareque nos eſſe conſortes & cohæredes ipſorum. Atque omnium noſtrum memor eſto, per benignitatem tuam: nos viſitato cum multitudine miſericordiæ tuæ, appareaſque nobis cum clementia tua, atque tales nos per efficientiam probitatis tuæ efficito, quales eſſe convenit. Aboleas diſſidia Eccleſiarum tuarum, inſolentiam gentium, atque hæreticorum ſtationes diſſipa. Nos denique univerſos recipito in regnum tuum, & filios lucis effice, quo omnes uno animo, quaſi ab ore uno atque corde, col-

Digitized by Google

laudemus nomen tuum magnum, & inclytum & ſimul Jeſu Chriſti, & Spiritus tui ſancti, nunc, &c.

Populus. Sicut erat & eſt permanens in generatione generationum, & in ſæculo futuro.

Sacerdos. Pax vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos. Sit miſericordia magni Dei & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos frangit & ſignat.

Diaconus proclamat Catholicam.

Sacerdos. Oratio Dominica. Pater noſter.

BEnedictus es Domine qui cœlum terramque imples gloria tua, quippe nos modo dignatus es uſurpare memoriam teſtamenti tui ſancti, perficereque ſacrificium hoc reverendum & incruentum. Tu itaque Deus noſter, qui ſanctificas ſacramenta iſta, purgato nos ab omni inquinamento & carnis & ſpiritus, docetoque nos perficere quod ſanctum eſt in timore tui: ut cum teſtimonio ſincero conſcientiæ noſtræ facti participes ſanctificationum tuarum, uniamur corpori & ſanguini Chriſti tui, aptique ſimus, ut ipſe habitet in nobis, ſecundum promiſſionem ipſius, ſintque corda noſtra pro hoſpitio illi bono ſpiritui. Ita Deus noſter, ne facias quemquam noſtrum reum corporis & ſanguinis Chriſti Filii tui, neque ægrum animo, aut corpore, propterea quod indigni participemus ſacroſancta myſteria: quin potius concede nobis, ut uſque ad extremum noſtrum ſpiritum, placeamus tibi, habeamurque digni ſumere ſalutaria ſacramenta, Domini & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, neque indigni corpore ſancto & ſanguine piaculari, ſed idonei qui ea accipiamus, quo per ipſa corroborati, mundati & perfecti, poſſimus digne obſecrare te, per precationem illam quam

nos

Digitized by Google

nos docuit unigenitus Filius tuus, corde puro clamantes & dicentes: Pater noſter qui es in cœlis.

Populus. Sanctificetur nomen tuum, &c.

Sacerdos ait. Domine Deus & ſervator noſter, ne inducas nos in tentationes difficiles, aut neceſſitates amaras: ne inducas nos in laqueos adverſarii, hoſtiumque animarum noſtrarum: neque deſtituas nos ut incidamus in manus aſpectabilium graſſatorum, & qui vitam noſtram lædere cupiant; ſed libera nos ab omnibus tentationibus occultis & manifeſtis, cunctis diebus vitæ noſtræ: atque exime nos omnibus malis, quæ propter iniquitatem noſtram incurrunt in nos: quia tuum eſt regnum & unigeniti Fili tui, ac ſanctiſſimi tui Spiritus, boni, adorandi, vitam largientis & tibi in ſubſtantia æqualis, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Domino capita noſtra inclinemus.

Populus. Coram te Domine Deus noſter.

Sacerdos dicit.

Pater miſericordiarum & Deus omnis conſolationis, qui conceſſiſti nobis ut reverenter obſervaremus præcepta tua, & modo etiam dignos duxiſti nos, qui te aſpiceremus, atque coram majeſtate tua ſupplices noſtras preces offerremus: converſus ad nos mitte nobis benedictiones abs te defluentes, & circumda nos muro miſericordiarum, per ſollicitam curam, amoremque unigeniti Filii tui erga humanum genus: præſtaque, ut ſine noxa reddamur participes myſteriorum illius ſalutarium, & vitæ efficientium, per gratiam, miſericordiam & caritatem unigeniti Filii tui erga humanum genus: cum quo tibi debetur laus, gloria & adoratio, ſimulque ſanctiſſimo tuo Spiritui, bono, adorando, &c.

Populus, Amen.

Digitized by Google

Sacerdos. Pax omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo:

Sacerdos. Sit gratia Trinitatis cum omnibus vobis.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Reverenter contemplemur.

Sacerdos. Sancta ſanctis.

Poputus. Unus Pater ſanctus: unus Filius ſanctus: unus Spiritus vitæ efficiens ſanctus: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto; qui unum ſunt in ſæcula.

Sacerdos. Unus Pater ſanctus nobiſcum.

Diaconus. Stemus decenter omnes: ſtemus reverenter, intenti ſimus, dum hæc Anaphora in pace peragitur.

Populus. Gratias agimus tibi Deus noſter.

Sacerdos. Exaltamus te Deum Patrem omnipotentem, & miſericordem, laudamuſque te conditorem univerſi, atque adoramus te abundantem miſericordia: qui gratia tua miſertus es noſtri, & expiaſti deleviſtique peccata noſtra, ac dignatus es nos ſumptione ſanctorum vitaliumque ſacramentorum tuorum, in quæ etiam Angeli ipſi deſiderant proſpicere. Cedat igitur nobis ipſorum ſuavitas in piaculum, participatioque in remiſſionem peccatorum, quæ antehac a nobis admiſſa ſunt, atque in medicinam eorum in quibus adhuc verſamur: denique in effugium præſidiumque adverſus ea, quæ poſthac a nobis committi poſſent: & in gaudium atque exultationem apud ſanctos, qui inde a ſæculo placuerunt tibi: quia tuum eſt regnum, tibique debetur laus & unigenito Filio tuo, una cum ſanctiſſimo tuo Spiritu, bono, adorando, &c.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus vobis.

Populus. Et ſpiritui tuo.

Diaconus. Poſt ſumptionem ſanctorum ſacramentorum quæ exhibita ſunt, coram Domino miſericorde capita noſtra inclinemus.

Popu-

Digitized by Google

Populus. Coram te Domine Deus noſter.

Sacerdos. Tibi Deo capiti vivorum & Domino mortuorum, offerimus ſupplices preces noſtras, & coram te inclinamus capita noſtra, nos ſervi tui & grex tuus rationalis: ſperantes nos viſitatum iri a tua gratia, in qua omnis ſubſidii copia eſt poſita. Benignus igitur eſto Domine, & demitte ſuper nos, donum quod abs te eſt, miſericordiaſque tuas divites: ac elue expurgatoque nos omni macula ſordibuſque peccati carnis & ſpiritus: imbue nos benedictione benignitatis tuæ, confirmans nos certa ſpe promiſſionum tuarum; atque in cultu obſervationeque legum tuarum ſalutarium, effice nos ſollicitos & reverentes: invictos vero contra copias adverſarias damnoſaſque tentationes: atque omnes iniquitates peccati a nobis ſummove, ut adoremus, profiteamur & laudemus te Domine, Patremque tuum, & Spiritum tuum ſanctiſſimum, bonum adorandum vitam largientem, & tibi in ſubſtantia æqualem, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Populus. Amen.

Diaconus. Benedic Domine.

Sacerdos. Benedic omnibus nobis.

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO

DE THERAPEUTIS.

CUm S. Marcus Alexandriæ Eccleſiam conſtituiſſet tanta doctrina, & vitæ continentia, ut omnes Sectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret, id præſtitit, quod Hieroſolymæ ab Apoſtolis factum noverat. Duplex vitæ inſtitutum Apoſtoli induxerunt, alterum quidem vitæ communis, alterum vero vitæ ſolitariæ, primùm ſpeciem quamdam exhibet monachatus, ac Inſtitutorum, quae poſterior etas, Religioſa appellavit; ſecundum autem eorum, quos vulga ſeculares nuncupant. De priori Apoſtolico inſtituto ſuſpicari nefas eſt, cum in Actibus Apoſtolorum vitæ communis diſerta mentio paſſim occurrat, videſis Act. cap. 4. & cap. 6.

De poſteriore inſtituto ſatis erudimur ex facto Ananiæ, & Saphiræ, qui cum agro vendito, ſibi pretii partem ſervaſſent, quod tamen Petro interrogante factum eſſe negabant, ad verbum Petri corruerunt cap. 5. Act. ibi verſu 3. „ Dixit Petrus; Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus, ſed Deo „ Poterant ergo Anania & Saphira pretium agri ſibi retinere, quemadmodum & agrum ipſum, eoque propriam ſuſtentare vitam, quin communi vitæ genere gauderent, vel illud inſtitutum amplecterentur.

Duplex hoc inſtitutum, non in Palæſtina tantum, ſed & in cæteris orbis regionibus cum Catholica Religione ab Apoſtolis propagatum coniicio, quare & Alexandriæ a S.Marco primo hujuſce Eccleſiæ Epiſcopo idem factitatum, ni conjectura me fallat,

Digitized by Google

fallat, opinor; opinionem meam confirmat Philo Judæus in libro de vita contemplativa, in quo quorundam aſcetarum, quos *Curatores*, ſeu *Therapeutas* vocat, mores, ac juſtituta longa oratione perſequitur, qui Ægyptii *Therapeutæ* Palæſtinis Chriſtianis, quorum cor unum erat, & anima una, ſimiles fuiſſe videntur, & Monachorum Ægypti celeberrimorum, qui innotuerunt longe lateque propagati ſæculo IV. inſtitutum delineaſſe.

Sed recitemus Philonis textum, cujus univerſa narratio huc quidem ſpectat: „ Eos videlicet non rogatos, ſed captos „ amore rerum ſuperiorum, facultates ſuas aut liberis, aut co„ gnatis, aut ſi hi deſint, ſociis atque amicis relinquere. Deſe„ ri ab illis fratres, ſocietates, amicitias, patriam denique, in „ qua nati, alti, educatique ſint; at non in aliam civitatem „ migrare eos; ſed in hortos, ac villas, quæ non longe ab Ur„ be diſtent, ſecedere, ibique ſolitarios vitam degere beatam, „ atque tranquillam. Eſſe hoc inſtituti genus late longeque „ propagatum. Coli tamen illud maxime in *Nomis*, ſeu præ„ fecturis Ægypti, imprimiſque circum Alexandriam. Undi„ que Therapevtas, qui majore virtute inſtructi ſint, in aptum „ quemdam locum, qui ad ſtagnum *Mariam* eſt ſitus, ab ſociis „ mitti, ut ſalubriore cælo fruantur. Eos in ædiculis habita„ re, quæ neque ita propinquæ ſint, ut ſunt civium ædes in „ Urbe, neque longe diſtent, ne infeſtari a latronibus poſſint. „ Eorum ædiculas neque amplas, neque ornatas eſſe. Satis il„ lis eſſe, ſi his hieme frigus arceant, æſtate nimios calores „ temperent. Parva ſacella ſingulis Therapeutis eſſe, quæ *Se„ mnea*, & *Monaſteria* vocent, & in quibus ſoli ſacra myſteria „ contemplentur. Eo nihil importari, quod ad corporis uſum „ pertineat: non cibum, non potum, non denique aliud quid„ piam, niſi legem, oracula Prophetarum, hymnos; atque ce„ tera generis ejuſdem, quæ conducant ad pietatem, & ſcien„ tiam divinarum rerum. Precari ipſos quotidie bis conſue-

„ ſcere,

„ ſcere, oriente ſole, ut eis felix fauſtuſque ſit dies; & occi-
„ dente, ut mens vanis imaginibus ſoluta, veritatem inveſti-
„ get, atque inveniat. Medio intervallo temporis dedere il-
„ los ſeſe contemplationi cæleſtium rerum, lectioni ſacrorum
„ voluminum, eique colendæ Philoſophiæ, quam a majoribus
„ acceperunt. Delectari præterea illos ſtudio allegoriarum.
„ Habere quoque priſcorum ſuæ ſectæ hominum commenta-
„ rios, quibus multa de allegoriis contineantur. Componi ab
„ iis hymnos vario metrorum genere. Sex diebus quemque in
„ ſua ædicula cluſum verſari. Septimo, hoc eſt Sabbato, con-
„ venire omnes in unum locum, decentique habitu conſiſtere.
„ Nam tenere eos ſub pallio manus, dexteram quidem inter
„ pectus, & barbam, ſiniſtram autem applicatam lateri, eoque
„ ordine conſidere, quem ætas cujuſque poſtulat. Poſt Thera-
„ peutam & ſenem, & dogmatum ſectæ peritum prodire in me-
„ dium, deque divinis rebus prudenter, graviterque diſſerere.
„ Reliquos ſummo ſilentio audire. Eſſe hunc locum commune
„ ſemneum Therapeutarum. Claudi ipſum ſepto duplici, ut
„ ſint a viris diviſæ mulieres. Accedere namque mulieres The-
„ rapeutridas, ut auſcultent. Medium parietem e ſolo exſur-
„ gere tribus, quatuorve cubitis. Superiora ad tectum uſque
„ patere. Eſſe item Therapeutas maxime temperantes. Nul-
„ lum enim eorum ante ſolis occaſum cibum, aut potum ſu-
„ mere. Nonnullos vix tertio quoque die famem ſentire. Qui-
„ netiam non deeſſe aliquos, qui vix ſexto die cibo neceſſario
„ veſcantur. Septimum illis ſanctum, feſtumque eſſe. Ergo
„ Sabbato ab omnibus, poſt animi curam, refici corpus ſole-
„ re. Uti eos ſimplici pane. Salem ipſis loco obſonii eſſe.
„ Nonnullos hyſſopum adjicere pro condimento, ut qui deli-
„ catiores ſint. Omnes aqua ſitim extinguere. Magnam dein-
„ de eſſe illorum in veſtitu modeſtiam. Hos *Moſis diſcipulos*
„ habere interdum convivia. Obſervari autem ab his nume-
„ ros, poſtque ſpatium ſeptem hebdomadarum, celebrari con-

„ ven-

Digitized by Google

„ ventus, propterea quod non numerum ſeptenarium modo, „ ſed vim etiam ejus multiplicem venerentur. Eſſe namque „ illis exploratum caſtum eſſe ſeptenarium, ſemperque virgi- „ nem. Diem illum, qui extremus eſt ſepties ſeptenarii, pro- „ feſtum eſſe maximi diei feſti incidentis in quinquagenarium „ numerum, gratum naturæ, & ex vi trianguli rectanguli, „ quod eſt generationis omnium rerum initium, conſtantem. „ Ubi convenere, dari ab aliquo *Ephemereutarum* ſignum. Vo- „ cari autem eos miniſtros *Ephemereutas*, qui menſis adſtant. „ Stare omnes, antequam diſcumbant, ſublatiſque in cælum „ manibus, atque oculis, orare, ut id Deo convivium placeat. „ Abſolutis precibus, ſeniores primum diſcumbere, tum cete- „ ros, ut cujuſque dignitas poſcit. Ac in ſeniorum quidem „ numerum haberi eos, qui primum illud inſtitutum amplexi „ fuerint. Nam ſenes, qui ſero ad eam diſciplinam acceſſe- „ rint, a Therapeutis haberi in numero puerorum. Fæminas „ item venire ad convivium, eaſque anus, ſed virgines, quæ „ ſponte caſtitatem ſervent. Diſcubitus ita diſtribui. Seorſim „ viros latus dexterum, fæminaſque ſinixtrum tenere. Non „ adhiberi ab his mancipiorum operam in miniſterio, quod „ cenſeant cum natura pugnare ſervitutem. Expleri id quidem „ munus a pueris, qui ſe addixerint ei diſciplinæ. Hos ceu, „ germanos filios, ſenibus tamquam parentibus miniſtrare. „ Duci ab illis hoc genus conjunctionis arctius, quam ſit ſan- „ guinis, affinitatiſque conjunctio. Ergo diſcinctis, & pro- „ miſſis tunicis accedere eos ad miniſtrandum. Vinum his die- „ bus præberi nemini, ſed aquam limpidam, frigidam qui- „ dem ceteris, calidam vero ſenibus. Menſam a cruentis da- „ pibus puram eſſe. Panem pro cibo apponi, pro obſonio ſa- „ lem, hyſſopum in delicatiorum gratiam, pro condimento. „ Eſſe illis vinum pro veneno, quaſi ſit dementiæ cauſſa. Hæc „ initia convivii eſſe. Fieri poſt ſilentium. Proponi deinde „ quampiam ab aliquo e ſacris litteris, aut ſolvi ab alio pro-

„ poſitam quæſtionem. Enarrationes ſacrarum Scripturarum, „ quas habent, ex allegoriis conſtare. Præſidem, dum viſus „ ſibi eſt ſatisfeciſſe deſiderio auditorum, aſſurgere, primum- „ que hymnum Deo, canere, qui aut recens compoſitus ab ipſo „ ſit, aut ſcriptus ab aliquo veterum poetarum. Extare nam- „ que hujus generis carmina. Ceteros mox imitari Præſulem, „ ſic tamen, ut cum omnia audiant, tum in extrema clauſula „ vocem attollant. Abſolutis hymnis, afferri menſam, cujus „ eſt paullo ante facta mentio, ab junioribus, in qua menſa pa- „ nis fermentatur cum hyſſopo, & ſale appoſitus ſit, ob vene- „ rationem menſæ illius, quæ eſt in Templi veſtibulo. Poſt cœ- „ nam ſacrum pervigilium ſequi. Surgere namque omnes, fie- „ rique in medio cœnaculo choros duos, virorum unum, mu- „ lierum autem alterum. Choris incentores ſuos præfici, qui „ & honeſtate morum, & canendi peritia præſtent. Deinde „ hymnos variis metris, carminibuſque compoſitos, modo ab „ omnibus junctim, modo alternis vicibus cani. Geſtus accen- „ tuſque pios ab utriſque fieri, nunc quidem ſtantibus; nunc „ vero contra antrorſum, retrorſumve moventibus gradum. „ Poſteaquam chorus uterque ſic egit, e duobus chorum unum „ fieri, junctiſque ad graves virorum acutis fæmineis vocibus, „ concentum inde plane muſicum oriri. Produci autem ad ma- „ ne uſque commeſſationem, omneſque verſos ad orientem ſo- „ lem, comprecari ſibi felicem diem. Itaque abſolutis preca- „ tionibus, ad ſuum quemque ſemneum ſecedere „.

Hæc ille, de Therapeutis habet, quæ Eruditos, & doctos Scriptores potiſſimum Recentiores in diverſas diſtraxerunt ſententias; nonnulli enim cum Joachimo Langio in duabus diſſertationibus de hoc argumento editis Halæ Saxonum, Therapeutas Ethnicos fuiſſe cenſuerunt, quorum opinio explodenda omnino eſt, quid ni, uti optime ſcribit Cl. & Eruditiſſimus Thomas Mamachius lib. 1. Origin. & Antiquit. Chriſt. pag. 53. eſſe minus veriſimile poteſt, quam eos eſſe a Philone *Moſis diſcipu-*

ſcipulos appellatos, qui & ſuperſtitioſas aliquot cerimonias retinerent, & eſſent de genere ethnicorum? Therapeutas autem γνωρίμους τοῦ Μωϋσέως vocat Philo. Non erant igitur Ethnici. Ac judæum hominem, qui multos in ſua Religione haberet, qui ſeveram diſciplinam profiterentur, deligere ethnicos voluiſſe, quos omnibus & exteris, & ſuis etiam anteponeret, non modo difficulter credi, ſed omnino credi non poteſt. Sed cum hujus opinionis levitas confutata ſit ab aliis, non deſiderat longiorem orationem.

Multorum ergo doctiſſimorum Scriptorum recentium ſententia eſt Therapeutas Ægyptios memoratos Philoni Chriſtianos fuiſſe, qui monaſticam delinearunt vitam, & cum perfectioris vitæ æmulatores exſiſterent, vivendi normam his, qui poſtea monaſticam vitam profeſſi ſunt, perſcripſerunt, Therapeutæ namque monaſteria, & ſemnea ædificarunt, & aſceticam vivendi rationem coluerunt; In hanc ſententiam fere unanimi calculo deſcendunt omnes antiqui Patres, & Scriptores Eccleſiæ, qui librum Philonis laudatum viderunt, & occaſionem agendi de Therapeutis habuerunt. Ita nimirum ſentiunt Dionyſius Areopagita ſeu quiſquis eſt auctor Eccleſiaſt. Hierarchiæ cap. 6. Euſebius Cæſareenſis lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 17. Hieronymus in Catalogo Virorum Illuſtrium capit. 11. Epiphanius hæreſi 29. numer. 5. Sozomenus libr. 1. hiſtor. capit. 12. Nicephorus libr. 2. Hiſtor. Eccleſ. capit. 16. Caſſianus libr. Monaſt. Inſtit. capit. 5. pagin. 16. edition. ann. 1722. Photius Cod. 105.

Communi huic ſententiæ lubens ſubſcribo, neque in aliorum Doctorum hominum opinionem deſcendere poſſum, qui Therapeutas laudatos Hæbreos fuiſſe & non Chriſtianos putarunt, enimvero cum in re hiſtorica verſemur, Antiquorum auctoritas plurimum apud me valet, neque ab illa diſcedere fas mihi arbitror, niſi aliorum antiquiorum, vel coævorum Scriptorum auctoritas contrarium ſentire cogat, vel peculiaris aliqua

ratio ſufficiens producatur, quæ Scriptorum Antiquorum fidem, aut ſcientiam labefactet.

Jamvero ex antiquis Patribus, & Scriptoribus nullus producitur, qui laudatis a nobis repugnet, vel ab eis diſſentiat, neque ulla ratio hactenus producta eſt; quæ malam fidem, vel ſcientiæ defectum arguat in Scriptoribus, quos indicavi; quin & omnes, quæ a Recentioribus Criticis urgentur, rationes illis antiquis notæ erant, neque negotium ullum faceſſere potuere, ut exſiſtimarent Hebreos fuiſſe Therapeutas, quorum inſtitutum, & mores cum Chriſtiana Religione non ſolum haudquaquam repugnare, ſed & convenire crediderunt, & quidem meliori titulo, quam congruant Hebraicæ diſciplinæ. Ut autem ſi quid obſcuri hac in re hactenus fuit, optimo in lumine collocetur, Doctiſſimorum Recentiorum argumenta undique conquiſita proponam, & æquis Lectoribus dijudicandum relinquam, an talia ſint, tantique momenti, ut ab antiquorum ſententia recedendum ſit, & Therapeutas Hæbreos fuiſſe demonſtrent.

Antequam vero ad momenta opinionis, quæ Therapeutas Ægyptios Hæbreos ſtatuit, digrediar, quæſtiones varias ſecernendas exſiſtimo; & clarius exponendas, primo ergo quæri poteſt, an Therapeutarum inſtitutum in aliis ab Alexandria civitatibus exſtiterit, 2. An alibi, ſi quidem exſiſterent Therapeutæ, eodem inſignirentur vocabulo, iiſdemque legibus & conſtitutionibus adligarentur. 3. An ab Alexandrinis Therapeutis aliorum locorum Therapeutæ, ſi qui fuerunt, originem agnoſcerent, an vero e contrario, aut, quemadmodum Alexandriæ, ita & alibi exſtarent. 4. An Therapeutæ Monachi proprie dicti fuerint, quales poſt quartum ſæculum in oriente, & occidente Monachi in Religione Chriſtiana floruere. 5. An apud Hæbreos fuerint ante Chriſtianæ fidei promulgationem homines hujus inſtitui, & ſiquidem fuerunt, an inſtitutum cum Religione Chriſtiana ſuſcepta conſervarunt, an vero Chriſtianam religio-

gio-

Digitized by Google

gionem non ſuſceperunt, vel ſi ſuſceperunt, inſtitutum deſervere. 6. An. S.Marcus primus in Ægypto Chriſtianam religionem predicaverit, quemadmodum primus fuit Alexandriæ Epiſcopus, an vero ante ipſum fuerit prædicata; & quando Alexandrinam Eccleſiam ut Epiſcopus rexit. 7. Quando Philo Hebræus librum de vita contemplativa conſcripſerit.

Has quæſtiones ex ipſo Philone, & communi Scriptorum ſententia dirimere conabor, ad primam ergo, adfirmativa reſponſio ex Philone petenda eſt, qui pag. 690. apud Cl. Mamachium laudatum pag. 45. adnot. 2. ſcribit: *Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus*. Ad ſecundam: cum Philo nihil diſerte dicat, non ſatis conſtare cenſeo, ſi autem conjecturis locus ſit dandus, adfirmativa reſponſio mihi improbabilis non eſt, cui Dionyſius Areopagita laudatus favere videtur. Ad tertiam Triplici ratione propagari potuit longe lateque inſtitutum Therapeutarum, ſive ab Alexandrinis videlicet, ſive ab iis, qui Alexandrinos Therapeutas inſtituerunt, ſive demum ab aliis. Cum igitur Philo aperte non deſcripſerit rationem propagationis, nihil obſtare exſiſtimo, quin triplici laudata ratione propagatum hoc inſtitutum dicatur.

Ad quartam Therapeutas Monachos proprie dictos fuiſſe, & quidem quales habentur Monachi Baſiliani, ac Benedictini in occidente potiſſimum, haudquaquam veroſimile mihi videtur, aſcetas autem fuiſſe qui Monachatus prima veluti rudimenta & fundamenta poſuerint, & ſpeciem Monachorum exhibuerint haud difficulter credo.

Ad quintam. In Hebraica lege multæ numerabantur ſectæ, maxime quando venit plenitudo temporum; ſed ſectam fuiſſe, quæ *Monachis* noſtris proprie dictis amuſſim reſponderet, difficulter ſuadebit mihi quiſpiam: haud nego nonnullos perfectioris vitæ æmulatores & ſectatores fuiſſe, non diffiteor quoſdam caſte ſervaſſe cælibatum; verum ajo, apud Hæbreos nullum inſtitutum fuiſſe peculiare vitæ genus, quod *noſtra Religio-*

Digitized by Google

demonſtrationis vim habeant, & *certam* epocham conſtituant, hinc circa an. Chriſti 55. ad unguem ſaltem expolitum concedi mihi poſtulo.

Quæſtionibus utcumque reſolutis, quædam mihi concedantur poſtulo, atque primo: Chriſtianos primo ſæculo, eoſque in primis, qui e circumciſione erant, & vocaſſe ipſos ſe, & ab Ethnicis, & forte etiam ab Hebreis appellatos *Judeos* fuiſſe, vide ſi placet Cl. Mamachii lib. 1. Origin. cap. 1. & cap. 2. pag. 23. qui pag. 27. ſapienter advertit Philonem Hæbreum Chriſtianos conſideraſſe ut *Judeos* & genus quoddam ſeu ſectam *Judeorum*, cujus nominis ratio inde arceſſitur, quod plerique eſſent ex *Judæa*, & Hæbreorum regionibus, & Hebræi multi in Chriſtum credentes, Hebraicas *Scripturas*, *leges*, *judicia*, *ceremonias* non paucas ſervabant, & retinebant.

Non ſolum autem Judaizantes erant primo ſæculo Chriſtiani, ſed & Græcorum, atque Ethnicorum non paucas conſuetudines, mores complures, vel retinebant, vel in Chriſtianam veritatem convertebant. Vide ſi placet Diſſert. de origine Liturgiarum tom. 4. Cod. Liturgici præfixam, & Præfationem Tomi quinti; quare mirandum non eſt, ſi priorum ſæculorum Chriſtiani quædam ſervaverint, quæ cum puritate legis Evangelicæ adultæ jam factæ haudquaquam convenire nobis aliis moribus ac diſciplinis exterioribus aſſuetis, videntur.

Quamobrem, & illud mihi concedi poſtulo, primos Chriſtianos non fuiſſe ita perfectos, ut omnes & ſinguli confirmati eſſent in gratia, adeo ut nullum peccatum, vitium nullum contrahere poſſent, vel circa fidem, vel circa mores, vel circa exteriorem Ritualem diſciplinam, ex Evangelio, Actibus, & Epiſtolis Apoſtolorum, & Apocalypſi, item ab Epiphanio, Auguſtino, cæteriſque qui hæreſeon, & primorum ſæculorum hiſtoriam nobis tradiderunt, novimus, ac didicimus, non Chriſtianos tantum, ſed & diſcipulos, nonnullos Apoſtolos, Epiſcopos, ac Præsbyteros, & Diaconos naufragium feciſſe circa fidem, & in mul-

in multis peccaſſe, ac defeciſſe, propterea non ſemel Apoſtolos, eorumque ſucceſſores Synodos, ſeu conventus ſacros feciſſe ſcimus, ut zizania e vinea Domini eradicarent, ſpinas ac tribulos evellerent, & paulatim ſepimentis circumvallarent, atque ornamentis induerent, politiamque firmarent, quibus recta ad Deum deducerentur homines, eumque in Spiritu & veritate adorarent mutua chriſtiana caritate & pace conligati, & conſociati.

Tertium, quod mihi concedi poſtulo, eſt, Chriſtianos primis ſæculis, & religionem Chriſtianam nonnumquam ab Ethnicis ipſis, & Judæis fuiſſe commendatam atque in pretio habitam, licet enim Apoſtoli prædicarent Chriſtum Judæis ſcandalum, & gentibus ſtultitiam, attamen veritas religionis noſtræ talibus ſignis confirmabatur, ut vel ipſi hoſtes nihil haberent quod opponerent, & Chriſtiani iis virtutibus præfulgebant, quæ in admirationem adverſarios ipſos raperent; hinc eſt, quod ſenſim obtinuit, & in orbem firmata fuit; & ex Judæis ipſis acerrimis noſtris Hoſtibus non plebeii tantum homines, ſed & qui primas in Synagoga partes obtinebant, vel Chriſto nomen dederunt, vel in Chriſtianos propenſi fuere, vel demum Chriſtum, ejuſque diſcipulos laudarunt, & quidem jam occulte, jam vero palam, ac publice pro temporum, & locorum adjunctis; in cujus rei confirmationem plura afferri poſſent, ſed ne longus ſim, quoſdam tantum commemorabo, ex quibus reliqua licet æſtimare, ſunt autem Gamaliel, Saulus, qui & Paulus, Nicodemus, Joſeph Hebreus celebratiſſimus Scriptor.

Quarto, poſtulo mihi concedatur, Chriſtianos priorum ſæculorum a Chriſto edoctos ne margaritas ſuos ante porcos proiicerent, utque ſancta indignis ſubtraherent, & reverentiam myſteriis conciliarent, atque paullatim homines ad arcana admitterent, provido conſilio diſciplinam quandam arcani ſervaſſe, cujus intuitu non facile omnibus, nec promiſcue in-

terio-

teriora religionis noſtræ penetralia patebant, plura hanc in rem dabunt, qui per otium de arcani diſciplina ſcripſerunt.

Hiſce conſtitutis, venio tandem ad argumenta illorum Scriptorum, qui Therapeutas Ægyptios Hæbreos fuiſſe, & non Chriſtianos propugnant, primum autem eſt hujuſmodi: Philo Judeus erat, propterea credi non poteſt ipſum ita laudare Chriſtianos, ut eos ipſis etiam ſectis Judæorum præferret. Jamvero ſi erant Therapeutæ Chriſtiani, tam eos aperte indicaſſet Philo, ut qui eſſent latere Judæos minime potuiſſent.

Ego autem nunquam in animum meum inducere poſſum Philonem Hebreum alios deſignaſſe, quam Chriſtianos, cum ſoleamus vel in ipſis inimicis laudare virtutem, quinimo ſubjungam illum ſeſe Chriſtianis infenſum oſtendiſſe, & Hebræis non ſatisfeciſſe, dum arte Therapeutas Ægyptios confuſe recenſuit, nec cujus ſectæ (parcendum verbo) eſſent diſertim nominavit, puros Moſis diſcipulis illos fuiſſe Philo numquam ſibi ſomniavit cum in moribus, & vivendi ratione, quam Therapeutæ inierunt, nonnulla fuiſſe, quæ veros, ac puros Moſis diſcipulos dedecerent, neminẽ latere poſſit, qui Philonis laudatum textum attente perlegat; itaque breviter dicam, Philonem unos Chriſtianos deſignaſſe, & horum mores deſcribit, perinde ac ſi de Judæis, vel Judæorum ſecta differeret: quo facto ſatis tutum ſe fecit, neque timuit incidere in reprehenſionem, offenſionemque ſuorum, & lectoribus locum quendam dedit ſuſpicandi illos fuiſſe hæbreos, ſiquidem laude digni erant.

Alterum argumentum inde repetunt nonnulli, quod Monachi ante IV. ſæculum nulli apud Chriſtianos exſtiterunt, unde & Patres nonnulli Monachorum originem repetunt a Sancto Antonio Abbate; jamvero Therapeutæ Monachi videntur fuiſſe.

Sed vellem idoneis argumentis probent ante IV. ſæculum Chriſtianum apud *Judæos Monachos Cænobitas* extitiſſe, quod ſi probabile efficiant, meliori titulo æquus quiſque rerum æſti-

mator judicabit apud Chriſtianos ante IV. ſæculum Monachos Cænobitas non diſſimilis conditionis extitiſſe, cum Chiſtianorum mores, ſaltem per priora ſæcula, perfectiores eſsent, ſanctioreſque Hæbreorum moribus, de Antiquis Chriſtianorum moribus plura vide apud doctiſſimum Mamachium in laudato opere libro 4.

Quod autem nonnulli Patres Monaſticæ vitæ originem a S. Antonio repetant, quin & aliqui Apoſtolorum temporibus veſtigium Monachi non fuiſſe, dixerint, id vere, minus ac Rhetorice dictum cenſeo, vel de Monachatu, qui poſt S. Antonium invaluit, ſeu de Monachatus, qui forte interciderat, inſtauratione locuti videntur, uti pluribus ſuo loco.

Aſt demus Therapeutas exhibuiſſe ſpeciem Monachorum, quid inde deducatur non video, ſolum colligitur quod vera ſit Caſſiani laudati ſententia, qui ſcribit: *Nam cum in primordiis fidei pauci quidem ſed probatiſſimi Monachorum nomine cenſerentur, qui ſicut a B. memoriæ Evangeliſta Marco, qui primus Alexandrinæ Urbi præfuit, normam ſuſcepere vivendi, non ſolum illa magnifica retinebant, quæ primitus Eccleſiam, vel credentium turbas in Actibus Apoſtolorum legimus celebraſſe .... verum etiam his multo ſublimiora cumulaverant. Etenim ſecedentes in ſecretiora ſuburbiorum loca, agebant vitam tanto abſtinentiæ rigore diſtrictam, ut etiam his qui erant Religionis externæ, ſtupori eſſet tam ardua converſationis eorum profeſſio.*

Sed erraſſe Caſſianum, cæteroſque Patres arguunt contrariæ ſententiæ Patroni, atque male interpretatos fuiſſe Philonis textum, quod eſt tertium argumentum; Philo enim paucos non dixit Therapeutas, ſed plures fuiſſe indicat: incredibile eſt autem tam cito propagari eos potuiſſe, ut cum Philo ſcribebat; ubique fere eſſent homines, qui id inſtituti genus profiterentur.

Verum æquis criticis non plene probatur hoc argumentum, etenim ex Actuum libro novimus Petrum in priore, & altera concione ad Hæbreos habita 8000. circiter animas ad Chriſti fi-

Digitized by Google

ſti fidem convertiſſe, novimus ex Marci Evagelio Apoſtolos, ac diſcipulos, ubi Chriſtus fuit aſſumptus in cœlum, fidem ubique propagaſſe ſequentibus ſignis, nihil itaque impedit quo minus Alexandriæ primo Chriſtianæ æræ ſæculo tanta fuerit multitudo credentium, quanta ſuppeditare poſſet Monaſteriis ingentem Therapeutarum numerum, qui ſi potuerunt propagari in omnibus fere locis, in quibus Hæbrei diſperſi erant, cur quæſo cum Religione Chriſtiana propagari non potuere? Si comparati cum cæteris Judæis, pauci fuere, quare pauci recte dici nequeant comparati cum cæteris Chriſtianis? Cum Philo ſcribebat Chriſtiani in Palæſtina, & alibi ſimilis inſtituti omni procul dubio erant, quid propterea vetat, quin ex Therapeutis, ſi qui Judæi fuerunt, plures Chriſtianam fidem amplexi dicantur?

Quod autem Patres a nobis laudati Philonem adducant ad comprobandam ſuam opinionem, non arguit illos nullam aliam ſuæ opinionis rationem habuiſſe, niſi Adverſarii demonſtrent, Patres illos neque ex Traditione, quæ in Ægypto vel alibi haberetur, neque ex aliis antiquioribus monumentis, quæ forte interciderunt, eam hauſiſſe ſententiam, ſed ex puro Philonis textu interpretato ab iis, & ad Chriſtianos adcommodato, ac pertracto.

Sed & concedam Patres in eam ſententiam deſcendiſſe ob hanc ſolam rationem, quod in Philone legerint laudatum textum, inde tamen, non arguitur eos male intellexiſſe Philonem, niſi aliunde certo conſtet Philonem de *Hebreis* & non *Chriſtianis* fuiſſe locutum, quod a Scriptoribus recentioribus comprobandum erat.

Aſt inſurgunt, & opponunt quarto loco, Juſtinus, Tertullianus, Origines, Clemens aliique antiquiores Patres & Scriptores ne verbum quidem habent de Chriſtianis Therapeutis, quin & quædam dicunt, quæ videntur arguere Therapeutas Chriſtianos non fuiſſe.

Tranſeat, quod laudati Scriptores in nullo opere quod ab

Digitized by Google

ipſis compoſitum fuit, (id, quod non facile probari poteſt, cum non omnia habeamus antiquorum ſcripta) de Therapeutis verba fecerint, ſed Critici æqui ex argumento negativo & a ſilentio petito ſufficientem rationem duci non poſſe norunt ad negandum factum, quod ab aliis hiſtoricis adſeritur, niſi illud argumentum talibus ſuffulciatur adminiculis ut poſitivo reſpondeat; cum non una ratio talis ſilentii eſſe potuerit, neque idonea ratio ſcriptoribus occurrerit, quæ cogeret ad commemorandum factum, quod ſilentio tacito prætermittitur.

Chriſtiani certe neque regione, neque ſermone, neque politicis vitæ inſtitutis a cæteris hominibus diſcrepabant, neque incolebant proprias civitates..... neque vitæ genus habebant, quod re aliqua ſibi peculiari notabile ſit, uti ſcribit epiſtola ad Diognetum Juſtinus apud Maurinos edit. an. 1752. pag. 233. ſed quemadmodum Chriſtianæ religionis Profeſſio omnibus omnium ſtatuum hominibus congruere poterat, ita & in ipſa plures ſtatus diſtingui poſſunt, quo pacto apud omnes homines cujuſcumque ſocietatis, plures ſtatus diſtinguntur; quamobrem Chriſtiani, ut *infructuoſi* civitati traduci non poterant, ut qui cum ethnicis degerent, eſſentque eodem habitu, eodem victu, eadem ad vitam neceſſitate; non eſse autem Brachmanes, aut gymnoſophyſtas Indorum, aut ſilvicolas, & exules vitæ, uti loquitur Tertullianus; aſt hæc Chriſtianæ religionis inſtitutio non prohibebat, quin eſsent aliqui, qui vel gradibus, & officiis, vel ſelecta vivendi ratione a communi ſejuncti fuiſsent.

Sed ex Philonis textu arguunt: traditum a Philone eſt in conventibus primas ſedes eos Therapeutas occupaſse, qui illud vitæ genus jam uſque a prima ſua ætate amplexi eſsent, hinc fuerunt plerique Therapeutarum ſenes, mulieresque quam plurimæ anus erant.

Verum incredibile non eſt hac ratione dicendi uti voluiſse Philonem, ſi de iis eſset locutus, qui ante annos paucos in chriſtiana

ſtiana religione inſtituti fuerant. Enim vero hæc bene componi poſsunt, quod Therapeutarum inſtitutum fuerit antiquius religione Chriſtiana, & illi Therapeutæ, ubi Evangelium ipſis fuit annunciatum, fidem amplexi fuerint. Deinde illud inſtitutum amplecti potuere juvenes, & ſenes, adoleſcentulæ, & anus; cum ergo ex omni ſexu, & ætate homines, maxime, qui de circumiſſione erant ad chriſtianam fidem converterentur, ii præficiebantur Presbiteri, ſeu Preſides habebantur, qui ſeniores ætate, ſeu moribus eſsent, & ardentiori zelo chriſtianam religionem primi ſuſcepiſsent. Morem Apoſtolorum norunt Eruditi omnes, qui primitias ex Neophytis ſeligebant, & quorum ſpiritum probaverant, hos Epiſcopos, & Diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituebant. Vid. Clement. epiſtol. 1. num. 42. & ep. ad Jacob. apud Cotelerium Tom. 1. pag. 605. Accedit & ratio inde ducta quod non conſtat ſenes illi, & anus memoratæ Philoni ætate fuerint tales, an moribus.

Aſt Philo ſcribit, ſolitos fuiſse Therapeutas exercere ſe in ea parte Philoſophiæ, quam a patribus accepiſsent; ſubiungit ſunt autem ipſis commentarii veterorum virorum, qui cum ſectæ auctores fuiſsent, tum multa eis monumenta reliquerunt: poſtremum Philone auctore, cani in conventu a Præſide carmina conſuere, aut nova, quæ ipſe compoſuiſset, aut priſca relicta ab iis, qui olim poeſeos facultate excelluiſsent. Metra enim, & carmina reliquerunt Poetæ verſuum trimetrorum, & ad altaria, ſeu inter ſacra canendarum ſupplicationum, hymnorum, vel a ſtantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus, atque reflexibus cantandorum. Hæc omnia oſtendunt Therapeutas chriſtianos non fuiſse.

Ita ſeptimo loco arguunt, verum argumenta infirma judicabit, qui animum advertat ad primorum chriſtianorum mores, & conditionem; illi enim cum Hebrei ferme omnes eſsent, vetus Teſtamentum agnoſcebant, & propria ſibi vindicabant, quæ ad Hebreos, dum lex vetus obtinebat, pertinebant, & iis

in

in figura contingebant: Itaque non Apoſtolorum, ac diſcipulorum Chriſti, qui moribus, ac dignitate, & forte ætate *ſenes antiqui veteres viri* dici poſsunt, ſcripta, & commentaria hymnoſque, ſive viva voce tradita, ſive ſcriptis canonicis conſignata, ſive ſcriptis non canonicis expreſsa volutabant, ſed & aliorum antiquorum Judeorum; qui floruerunt cum nondum translatum eſset ſacerdotium. Quod autem Apoſtoli, ac Diſcipuli Hymnis, & canticis, ac poeſeos facultate excelluiſsent, ex novo Teſtamento docemur, atque inprimis Chriſtus Dominus in Evangelio poſt noviſſimam cœnam hymno dicto dicitur egreſsus e cœnaculo cum Apoſtolis, & in montem olivarum proceſſiſſe: accedit, quod Paulus in canonicis epiſtolis hortatur fideles, ut ſeſe hymnis, & canticis commonerent, Vid. Coloſ. cap. 3.

At enim, urgent, ſi Chriſtiani Therapeutæ fuiſſent, quemadmodum miſſo *Dominico* die, ſolum Sabatum conſtituiſſent apud ſuos eſſe ſolemnem? Coeterum hoc ratiocinium plura ſupponit, ſcholæ vocibus loquor, quæ tamen ab eruditis ſcriptoribus, qui ita ratiocinantur, non ſunt plene diſcuſſa; atque illud in primis vellem idoneis argumentis demonſtrarent per *ſeptimum* diem, ſeu *Sabbatum*, nonniſi eum diem a Philone deſignari, qui ſabbatus nobis audit, *Sabbati* enim die, & *ſeptimi* nomine, eum deſignari non male quiſpiam ſuſpicabitur, qui modo *Dominicus* a nobis dicitur, hic enim, vel *prima* ſabbati, vel *ſeptimus* dici poteſt, juxta diverſam dierum recenſionem, & enumerationem. Sed *Sabbati* diem Philo deſignaverit, certe a pleriſque Chriſtianis initio *ſeptima dies* fuit obſervata, neque ſtatim apud omnes Chriſtianos dies *Dominica* ſolemnis habita fuit, & *Sabbati* obſervationi ſacræ ſubſtituta; hoc docti recentiores non negant, ſed ita ſe comparatos, ſcribunt, ut eam neque ſolam, neque Dominica ſanctiorem ſolemnioremque eſſe habitam putent, qui per ſex dies jejunabant, ſeptimo autem cibum guſtabant, id quod a Chriſtianis mori-

Digitized by Google

moribus alienum cenſendum eſt, qui nunquam die Dominico jejunarunt.

Verum pace tantorum virorum dicam, Therapeutis ſolemnem ſanctumque fuiſſe Sabatum, quod vel adhuc Judaizarent, vel congregari conſueviſſent in veſperis diei ſeptimae, ut Dominicum potius, quam ut diem Sabbatum celebrarent, qui mos proprius fuit Ægyptiacarum Eccleſiarum ſcribente ſozom. l. 7. Hiſt. Eccl. cap. 19. *Alii Sabbato perinde, ac Dominica, & prima Sabbati conventus agunt, ut Conſtantinopoli, & fere ubique. Romæ vero, & Alexandriæ non item; apud Ægyptios vero in multis urbibus, & vicis contra receptam communem conſuetudinem ad veſperam Sabbati convenientes; jam pranſi ſacra myſteria percipiunt*, Neque ſozomenum deceptum, ac lapſum dicant, cum nullo ideo monumento demonſtrari poſſit in omnibus Ægyptiacis Eccleſiis ſemper obtinuiſſe morem, quo dies Dominica ubique & ſemper ſolemnis haberetur, nuſquam vero, nec ullibi Sabbati diem ita fuiſſe habitum. Quod vero de jejunio diei Dominicæ, ſcribunt, fateor & ego, nulla lege apud Chriſtianos unquam fuiſſe præſcriptum, ſed nullos ea die jejunaſſe ſaltem jejunio ab eo, quod Eccleſiaſticum modo audit, non diſſimile, non ſolum ſufficienti ratione id non probatur, ſed & Monachos Ægypti ferme omnes tali jejunio fuiſſe indulgentes conſtat ex libris, & actibus Monachorum Ægypti. Hæc licet vera mihi videantur, attamen, & illud adjungam, quod ſi aliquis ſuperſit dubitandi locus, mirandum non eſt, cum Philo Hæbreus de Chriſtianis loqueretur, quos homo habens velamen legis ad ſuos gregales pertrahere volebat, & e Chriſtianorum albo expungere, ſi quidem Chriſtianorum mores, ac religionis myſteria non plene noverat, & oculis carneis literam intuebatur, ac ſectabatur, non autem ſpiritum vivificantem fidei oculo videbat, quod & ex iis, que de Therapeutis aſſerit planum fit, cum enim dies Pentecoſtes ſolemniſſimi eſſent Chriſtianis inſtar ſolemnitatis Pentecoſtalis Judaicæ, hinc & Therapeutæ quin-

Digitized by Google

quinquageſimum SS. numerorum habebant, eoque numero vim trianguli rectanguli exprimi pænes illos, quod quidem triangulum initium generationis rerum dicebant; quibus ſymbolis Trinitatis myſterium deſignaſſe videntur, quare ex obſervatione talis numeri tantum abeſt, ut Chriſtiani non fuerint, quinimo poſito, quod fuerint *Moſis diſcipuli*, Chriſtiani, omnino eſſe debuere, qui Pithagoreorum Rabinorum que commenta in chriſtianam veritatem convertebant. Id autem indignum Chriſtianis non erat, ex eorum in primis numero, qui cum Hebrei ab origine eſſent, & aſceticæ vitæ dediti a Marco inſtituti, ita florebant ſingulari opinione ſimplicitatis, atque virtutis, ut allegoriis, ac ſymbolis uterentur.

Vinum, inquit Philo, per eos dies non præbetur, ſed aqua limpida, operantur enim ſacris, ut ſacerdotes, ſacris abſtemiis.... nam vinum habent pro veneno afferente dementiam. Eſt vero, arguunt, ſatis exploratum Chriſtianos in ſuis cœtibus non ſolum non fuiſſe alienos ab adhibendo vino, ſed etiam illo uſos fuiſſe in re divina facienda.

Sed diſtinguant vellem plura, atque primo an Therapeutæ omnino abhorrerent a vino, ceu re mala: ſecundo: an hoc liquore, licet malum non haberent, uti noluerint, ne inebriati in quandam amentiam inciderent, & ita ab rerum divinarum contemplatione diſtinerentur, utque corpus tali abſtinentia caſtigarent: tertio: an in ſacris agendis vino uterentur.

Si docti iſti viri Therapeutas priori modo a vino abſtinuiſſe velint, ſatis oſtendunt non intellexiſſe ſe, quæ incommoda ſequantur; ec quid namque Præſidii in Philone collocatum eſſe exiſtimabunt, ut Therapeutas, quorum ille mores, e inſtituta deſcribit, efficiant addictos fuiſſe Moſaicæ religioni? Judei enim in ſuis cœtibus non fuerunt alieni ab adhibendo vino, & longe aberant ab eo errore, qui ferret aut pro veneno vinum haberi, aut Sacerdotes ſuos operari ſacris abſtemiis oportere.

Si autem

Si autem Therapeutas a vino abſtinuiſſe Nazareorum inſtar velint, omnes norunt apud Ægypti Monachos in uſu fuiſſe hanc abſtinentiam, quam facilem regionis conditio reddebat, ibi enim vinum, & rarum eſt, & præcioſum, & facile aeris qualitatibus inſpectis ad ebrietatem provocat,& quandam dementiam.

Therapeutas a vino abſtinere in ſacris agendis potuere multiplici ratione, licet Chriſtiani eſſent, ac primo quidem, quod ſacra facerent, ſeu Euchariſtiam reciperent Laici homines ſub una tantum ſpecie, panis ſcilicet: ſecundò, quod ſacerdotes ſola aqua uterentur in ſacrificio: tertio, quod vuas paſſas immergerent aqua,ac demum ſuccum exprimerent,eoque vice vini uterentur. Quæ omnia a Diſciplina Alexandrinæ Eccleſiæ, & Africæ contiguæ non abhorrent, etenim Alexandriæ Comunionem ſub una tantum ſpecie, & quidem panis, aliquando & aliquibus caſibus porrectam fuiſſe ſatis docemur ex facto Serapionis ſenis. Qui (Dioniſio Alexandrino teſte in epiſtola ad Fabium Antiochenum, quam Euſebius Hiſt. lib. 6. cap. 44. deſcribit) enarrat presbyterum, qui præ infirmitate, qua detinebatur, ſenem licet ad extremas anguſtias redactum convenire non potuit, puero Euchariſtiam ad ipſum deferendam tradidiſſe, quam puer, cum aqua diluiſſet, ori ſenis infudit *mox puer bucellam intinxit, & in os ſenis infudit* (verba ſunt Dionyſii) *qui ea paulatim abſorpta continuo animam exhalavit*. De Africana praxi Teſtes ſunt Tertullianus lib. 2. ad uxorem & Cyprian. lib. de lapſis, vid Juenin. de ſacram. diſſert. 4. queſt. 9. artic. 2. §. 2. Quod autem in Africa ante Cypriani ætatem nonnulli etiam Epiſcopi, vel ignoranter, vel ſimpliciter aquam ſolam ad myſteria matutina adhibuerunt, liquet ex ipſius Cypri: Epiſt. ad Cecilium; prioribus igitur Eccleſiæ ſeculis Aquariorum, qui certe Chriſtiani erant, plures fuere claſſes, quidam enim ſub vano ſobrietatis obtentu vinum a ſacris myſteriis ablegarunt, ii fuere Ebionitæ apud Epi-

phan. hęr. 30. & Tatianus apud eundem hęr. 46. Encratitæ vino omnino non utebantur, quod Diabolicum eſſe putarent.

Manichæi communioni ſub vini ſpecie ſeſe ſubtrahebant, quod a principio malo vinum creatum cenſerent. Vid. Leon. ſermon. 4. de quadrageſima. Alii abſtinebant a vino, ne hujus odore Chriſtiani a perſecutoribus detegerentur, hos meticuloſos ſacerdotes arguit Cyprianus Laudatus, alii poſtremum ob vini penuriam, credebantque vinum de jure divino non eſſe materiam neceſſariam conſecrationi, quos excuſat Cyprianus ibidem. Aliud aquariorum genus apud Chriſtianos, & Africanos, ac Indos fuit eorum, qui oblatis vuis populum comunicabant, & non vino. vid. Martenium lib. 1. de antiquis Eccl. Rit. cap. 3. art. 8. num. 32. Indi apud Caranganoram agentes, quod regio ipſorum vitium ſit impatiens, ſuccum ex vuis paſſis expreſſum pro vino adhibent, vid. navigationem Joſephi indi in novo orbe cap. 134. Ægyptii ipſi, & Coptitæ ad hæc uſque tempora hanc ſervant praxim. Hæc eo dixi, ut argumentum ex abſtinentia a vino ductum diſſolverem, ergo ut breviter ex dictis reſpondeam, dico Therapeutas a vino Jejunaſſe, & abſtinuiſſe, adeo ut eorum Presbiter in ſacris vino non uteretur, quia vel ſola aqua ſacrificabant, vel acqua ex vuis paſſis extracta, quæ vinum non erat Philoni, vel demum aqua, & vino, quod cum converſum noſſent in Sanguinem Chriſti, vinum non habebant, neque vocabant, quare Philo myſteriorum noſtrorum ignarus eos a vino abſtemios dixit.

Sed ſunt eorum hæc effugia, qui cum aliquam animo conceperint opinionem, quidvis malunt concedere, quam eàm abiicere patiantur: Philo qui minuta multa Therapeutarum novit neſciſſe credendus eſt, quod pertinet ad ſacra myſteria? Nihil conceſſi, quod vel verum, vel veroſimile mihi non adpareret; opinionem, ſi quam concipio animo, nonniſi penſatis omnibus, & mente a præjudiciis libera propugno: novit quidem

dem multa Therapeutarum Philo, ſed neque omnia, neque ſingula deſcribit, neque intima ſenſa, & ſpiritum, qui in litera latebat, novit, vel expoſuit.

Salem adhibebant Therapeutæ; hyſſopum, & ſi quæ ſimilia, forte quod cœnæ Euchariſticæ comunem adjungerent cœnam, choreas ducebant, ut multis poſterioribus ſeculis Æthiopes aliique Africani Chriſtiani etiam Presbiteri, etiam coram ſacroſancto altari choreas duxerunt in ſignum lætitiæ, & exultationis non diſſimili ab ea ratione, qua David coram Arca Domini exſultaſſe legitur, quare & in fine Miſſæ præſcribitur apud Ægyptios recitandus pſ.146. ſane mirum non eſt, ſi corporis externis geſtibus ſenſum verborum exprimant. Sed ſatis de Therapeutis, atque hæc a me dicta ſunto ſalvo meliori judicio.

FINIS PARS PRIMA.

Digitized by Google

Digitized by Google

MISSALE ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ:

PARS SECUNDA.

ΤΑΡΧΗ ΝΤΕ
ΠΙΑΓΙΟΥ Ν̓ ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΥ
ΣΥΝ ΘΕΩ

Ταρχη μ̓ πιαγιαςμου ιϵ̓
ΑΝΑΦΟΡΑΣ
Του Αγιου Πατρος Ημων
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
Αρχιϵ̓πιςκοπου Καιςαρειας
Καππαδοκιας.

Ουευχη πιϫινςοβϯ μ̓ πιμανερ-
ϣωουϣι ϵ̓θῦ.

Πος φη ετςωουν ν̓ πιϩητ ν̓τε ουον νιβεν φη ϵ̓θουἀβ. ουοϩ εθμοτεν ̓μμοϥ ϧεν νη ϵ̓θῦ ν̓ταϥ Φη ϵ̓τοι ν̓ ἀτνοβι μ̓μαυατϥ ουοϩ ϵ̓τε ουονϣϫομ ̓μμοϥ ϵ̓ χανοβι ϵ̓βολ. Νθοκ φηνβ ϵ̓τςωουν ν̓ ταμετατμ̓π̓ϣα νεμ ταμετατςοβϯ νεμ ταμετατϩιϰανος ϵ̓ϧουν ϵ̓ παιϣεμϣι ϵ̓θουἀβ ν̓ταχ φαι. Ουοϩ ̓μμοινϩο ̓μμοι ϵ̓ ϣαντ ϵ̓ ϧουν: ουοϩ ϵ̓αυων ν̓ ρωι ; ̓μ πεμ̓θο μ̓ πεχωου ϵ̓θουαβ Αλλα κατα παϣαι ν̓τε νεκμετϣενϩητ ; χω νηϵ̓βολ ϊἀνοκ ϧαπιρεϥερνοβι. Ουοϩ μηις νηι εϑριϫιμι ν̓ ουϩμοτ νεμ̓ ουναι ϧεντε ουνου θαι Ουοϩ ουωρπ νηι ϵ̓ϧρηι ν̓ ουϫομ ϵ̓βολ ϧεν ̓πσιςι. Ον-

INITIUM
SANCTI EUCHOLOGII
In Nomine Dei

Initium Conſacrationis
ANAPHORÆ
S. P. N. BASILII MAGNI
Archiepiſcopis Cæſareæ
Cappadociæ.

Oratio præparationis Sancti Altaris.

Domine, qui omnium noſti corda, Sancte, qui requieſcis in ſanctis tuis, qui ſolus es ſine peccato, quique peccata dimittere potes, Tu Domine noſti, quod ego indignus ſim, imparatus, atque indiſpoſitus, qui ad hoc tuum ſanctum miniſterium accedam. Neque audeo accedere, aut os meum aperire coram ſancta gloria tua. Sed ſecundum miſericordiam tuam parce mihi peccatori, & tribue, ut in hac hora inveniam miſericordiam, & gratiam, ac mitte mihi deorſum potentiam ex alto. At-

Digitized by Google

Atque hic Sacerdos diſcum diſcooperit, Calicem abſtergit, atque diſcum quidem reponit ſeorſum & calicem in proprio conſtituit loco, & proſequitur Orationem præparationis.

UT incipiam, præparem, & perficiam miniſterium tuum ſanctum, ut tibi gratum eſt, ac tuæ voluntati beneplacitum cum odore incenſi. Eja Domine eſto nobiſcum, opus noſtrum adjuva, nos benedicito, quia Tu noſti peccata noſtra, Tu lumen es animarum noſtrarum, Tu vita noſtra, virtus, & ſpes, Tibique attollimus gloriam honorem adorationem, Pater, Fili, & Spiritus Sancte. Nunc & ſemper, & in Sæcula ſæculorum Amen.

Εθριερϩητης ουοϩ ν̀ τασοβϯ ; ουοϩ ν̀τὰϫωκ ὲβολ κατα πεθρανακ μ̀ πεκϣεμϣι ὲθουαβ. Κατα π̀ϯμαϯ μ̀ πεκοοωϣ ; ὲ ουσθοι ν̀ σθοινουϥι. Σε πεννηβ ; ϣωπι νεμαν ; ὰριϣφηρ ν̀ ερϩωβ νεμαν ; σμου ὲ ρον. Νθοκ γαρ πε π̀χωὲβολ ν̀τε νεννοβι ; φουωινι ν̀τε νενψυχη πενωνϧ ; νεμ τενϫομ ; νεμ τεν παρρησια. Ουοϩ ν̀θοκ ; πε τενουωρπ νακ ὲ πιωοὶ μ̀ πιὼου νεμ πιταὶο ; νεμ ϯπροσκυνησις ; φιωτ νεμ π̀ϣηρι ; νεμ πιπν̀α ὲθῦ. ϯνου νεμ ν̀ σηου ν̀ιβεν ; νεμ ϣα ὲνεϩ ν̀τε νιὲνεϩ τηρου ὰμην.

Oratio dicenda poſt Præparationem Altaris.

TU Domine docuiſti nos magnum hoc myſterium ſalutis; Tu vocaſti nos indignos, & abjectos ſervos tuos, ut eſſemus Miniſtri Altaris tui Sancti. Tu Domine, dignos nos fac per virtutem Spiritus tui Sancti, ut hoc miniſterium perficiamus, itaut non incidamus in judicium coram gloria tua

Νθοκ Πο̅ς ακτσαβον ὲ παι πιϣϯ μ̀μυστηριον ν̀τε πιουϫαι, ν̀θοκ αχθαϩμεν ϧαον ὲτθεβιὴουτ, ουοϩ ν̀ ατεμπϣα ν̀ ὲβιαικ ν̀ταχ. Εθρενϣωπι ν̀ ρεϥϣεμϣι μ̀ πεκθυσιαστηριον ὲθουαβ. Νθοκ πεννηβ ; ὰριττεν ν̀ ϩικανος. ϧεν ϯϫομ ν̀τε πεκπνευμα ὲθουαβ ; ὲ ϫωκὲβολ ν̀ ται ϫιακονιαθαι. ϩινα ϩεν ουμε-

Digitized by Google

συμετατϩιττεν ἐπϩαπ, μ̀ πε-
̀μθο μ̀ πεκνιϣϯ ǹ ὠου. Ν̀
ϯενὶνι ναχ ἐϧουν ǹ ουθυςιὰ ǹ
ςμου : ουὼου νεμ ουνιϣϯ μ̀ μεϯ-
ςαὶε ϧεν πεθουαβ ǹϯαχ. Φϯ
φη εϯϯ ǹ ουϩμοτ, φη εθουωρπ
ǹ ουςωϯ, φη ἐτερὲνεργιν ǹ ϩωβ
νιβεν ϧεν ουον νιβεν. Μνις Πο̄ς
εθρεςϣωπι εςϣηπ μ̀ πεκμθω ǹΧε
ϯενθυςιὰ. ϩϩρνι ἐΧεν νη ἐϯε
νουὶ ǹ νοβι, νὲμ νιμετ ατὲμι ǹϯε
πεκλαος. Ουοϩ Χε ςϯουβηουϯ,
καϯα ϯΔωρὲὰ ǹϯε πεκπνευμα
ἐθουαβ, ϧεν Πχ̄ς Ἰη̄ς Πενο̄ς.
Φαι ἐϯε ἐβολϩιτοτϥ, ἐρεπι ὠου
νεμ πιϯαιὸ, νεμ πιαμαϩι, νεμ
ϯπροςκυνηςις, ερπρεπι ναχ νε-
μαϥ, νεμ πιπνευμα ἐθουαβ ǹρεϥ-
ϯανϧο, ουοϩ ǹ ὁ ̀μοουςιος νε-
μαχ ϯνου νεμ ǹςηου νιβεν,
νεμ ϣα ἐνεϩ ǹϯε νιὲνεϩ ἀμην.

tua magna, & offeramus Tibi ſacrificium hoc benedictionis, ad gloriam, & magnificentiam in Sancto tuo. Deus gratiæ largitor, ſalutis auctor, qui operatur omnia in omnibus, acceptum fac, o Domine, coram Te, ſacrificium noſtrum pro peccatis meis, & pro ignorantiis populi tui, utque purum ſit juxta donum Spiritus tui Sancti per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem gloria honor, decus & adoratio tibi competit unacum ipſo, & Spiritu Sancto vivificante tibique conſubſtantiali. Nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen:

Poſtea Sacerdos oſculatur Altare, & convertitur ad Occidentem, ut ſeligat agnum, qui eſt Panis oblationis, ſeque bene mundet, quia ſcriptum eſt, ſit agnus mundus ſine macula. & poſtquam agnum diligenter mundavit, dorſum linteo mundo, ſeu velo abſtergit; oſculatur, & ad cornu altaris dextrum in velo ſerico collocat. Tum vinum probat odoratu ſuo, vel alicui non jejuno committat, ut is de vino ſuper palmum effuſo guſtet, quoniam plura accidunt vino, quam oblationi, cui ſi quidpiam accidat, & altera non ſuppetat, naturam ejus non immutat, vino autem. Si quid accidat, facile corrumpitur, & miniſterio ſacro non congruit; quod cavendum eſt.

Digitized by Google

Deinde Sacerdos ambas manus abluit ter dicens.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor. Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor, auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exſultabunt oſſa mea humiliata. Lavabo pure manus meas, & circundabo Altare tuum Domine, ut audiam vocem laudis tuæ.

Εκέραϭτ ειέουαϣ, ὲ ϩοτε ουχιων. Εκεθριςωϯεμ ὲ ουθελνλ, νεμ ουουνοϥ ευὲθελνλ μ̀ μωαυ ǹϫε νικας ετθεβιὴουτ. ϯναὶαπωτ ὲβολϭεν πεθουαβ, ουοϩ ǹ πακωϯ ὲ πεκμανερϣωουϣι πο̂ς. Επϫιν πaςωτεμ ὲ πϭρωου ǹτε πεκςμου;

Et ſi poterit, integrum pſalmum recitabit, poſtea manus abſtergat velo albo bombycino mundo, eas autem non abſtergat niſi cum mora, & accipiat agnum in palmas ſuas illumque abſtergat ex parte ſuperiori & inferiori dicens.

Concede Domine, ut Sacrificium noſtrum ſit aceptum coram Te, potiſſimum pro peccatis meis, & pro delictis populi tui, illudque purum effice iuxta donum ſpiritus tui ſancti per Jeſum Chriſtum D. N. per quem.

Μнις πο̂ς εθρεςϣωπι εςϣнπ μ̀ πεκ ʹμθο ǹϫε πενθυςιὰ Εϩρнι ὲϫεν νн ὲτε νουὶ ǹ νοβι, νεμ νιμετ ατὲμι ǹτε πεκλαος. ουοϩ ϫε ςτουβнουτ κατα ϯϫωρεὰ ǹϯε πεκ πνδμα ὲθυ̂, ϭεν Πχ̂ς Ιн̂ς πενο̂ς, φαι ὲτε.

Quodſi Sacrificium offeras pro aliqua perſona viva, ſeu defuncta, ejus nomen commemorabis hoc loco. Si pro defuncta, dices.

Memento domine famuli tui N. eique concede locum quietis, & refrigerii in habitationibus

Αρι φμδὶ πο̂ς πεκβωκ ν̂ιμ, ουοϩ ςαϩνι ναϥ ìε ς ǹ ουμαὲμτον, νεμ ουχβοβ νεμ ουνὰνα-

Digitized by Google

ναπαυϲις, ϧεν νιπανϣωπι ν̀τε νι ἐθουβ ν̀ ϯαχ. ϧεν κενϥ ν̀ νενιοϯ ἐθῦ Ἀβρααμ, νεμ Ιςαακ, νεμ Ιακωβ, ϧεν πιπαραδιςος ν̀ϯε πουνοϥ.

nibus Sanctorum Tuorum. In ſinu Patrum noſtrorum Sanctorum Abrahæ, Iſaac, & Iacob, in paradiſo voluptatis.

Si Pro Infirmo, ità dices pro more.

Ἀριφμεὐὶ πος ν̀ πεκβωκ νῖμ, ουοϩ ἀρεϩἰροϥ ϧεν ουἀγγελος ν̀τε ϯϩιρὴνη, ουοϩ ματαλσοϥ ἰε ϛ ἐβολ ϧεν νιϥ ἰε ϛ ϣωνι ϯηρου.

Memento domine famuli tui *N.* & cuſtodi illum per Angelum pacis, & ſana eum a cunctis ejus infirmitatibus, *vel* Sana eam, cuſtodi eam.

Si pro Iter agente, vel Itinerantibus, dices.

Ἀρεϩ ἐροϥ ἰε ϛ أو ἰε ἐρωου في المكثر ϧεν ουἀγγελος ν̀τε ϯϩιρὴνη ουοϩ ματαςθοϥ ἰε ϛ ἰε ου ἐ νη ἐϯενουϥ ἰε ϛ ἰε ου μανϣωπι ϧεν ουϩιρὴνη νεμ ουουϫαι.

Cuſtodi eum, *aut in plurali aut feminino* cuſtodi eos, cuſtodi eam, per Angelum pacis, & redire fac eos ad habitationes ſuas cum pace & ſalute.

Si pro tribulato, adflicto, in vinculis conſtituto, dices.

Et ſalva eum, *vel* eos ex cunctis tribulationibus ipſius vel ipſorum.

Ουοϩ ναϩμου ἰε ναϩμεϥ ἰε ϛ ἐβολ ϧεν νιϥ ἰε ϛ, ἰε ου ϩοϫϩεϫ τηρου.

Ubi dicta perſolverit, ſerico velo agnum involvet, & ſuper caput ſum ponet; ſimiliter & Diaconus urceolos vini, & aquę ſerico velo involvens, ſuper caput tollit: ante eos autem Diaconus cum candela accenſa procedet, & ita ſemel Altare circumeunt. Sacerdos vero dicit.

Glo-

Gloria, & honor, honor & gloria SS. Trinitati Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

Pax, & ædificatio uni unicæ Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Dei Amen.

Memento Domine eorum, qui has oblationes tibi obtulerunt, & eorum pro quibus obtulerunt, & eorum per quos obtulerunt, omnibus tribue mercedem Cęleſtem.

Memento Domine eorum, qui pręceperunt nobis, ut ipſorum memores eſſemus in noſtris præcibus, & orationibus. Dominus eorum memor ſit in regno ſuo cęleſti.

Ουὠου νεμ ουταιὸ ; ὲ ουταιὸ νεμ ουὠου, ν̀ ϯπαναγιὰ τριας φιωτ νεμ ̀πϣηρι, νεμ πιπνα̂ ὲθουαβ.

Ουϩιρὴνὴ νεμ ουκωτ ὲϫεν ϯουὶ μ̀ ̀μαυατς ὲθουαβ ν̀ καθολὴκὴ ν̀ ὰποςτολικὴ ν̀ εκκληςιὰ ̀ντε φϯ ὰμην.

Αριφμευὶ πο̂ς ν̀ νη εταυὶνι ναχ ὲϩουν ν̀ ναιδωρον, νεμ νη ὲταυὶνου ὲϫωου, νεμ νη ὲταυενου ὲβολ ϩιτοτου, μοι νωου τηρου μ̀ πιβὲχε πιὲβολ ϧεν νιφηουὶ.

Αριφμευὶ πο̂ς ν̀ ουον νιβεν ὲταυϩονϩεν εαν ὲ ερπουμευὶ, ϧεν νένϯϩο νεμ νενταωβϩ, πο̂ς ερπουμευὶ ϧεν πεϥμετουρο ν̀ νιφηουὶ.

Interea dum Sacerdos altare circumit, & populus dicit in diebus jejunii. Pſalm. 75. verſ. 11.

Quoniam cogitatio hominis & reliquiæ cogitationis feſtum agent tibi.

Alleluja; confitebor tibi Domine: & omnes reliquiæ cogitationis quæ te decent. Alleluja.

Sacrificia, & oblationes ſuſcipe Alleluja.

Νουρωμι εϥμουνωνϩ ταχὲβολ : ουοϩ ν̀ ςωϫπ ̀ντε ὀυμεα ερϣαιναχ.

Αλληλουὶὰ Χε φμευὶ ν̀ ουρωμι Εϥναουωνϩ ναχ ὲβολ πο̂ς, ουοϩ ςωϫπ ντέον μευὶ νη εγερϣαιναχ αλληλ.

Νιθυςιὰ νιπροςφορα ϣοπου ὲροκ, αλληλουια.

In Quadrageſimali jejunio, & Triduano Ninivitarum, dicitur ex Pſalmo 42. & 131.

Αλ-

Digitized by Google

Ἀλληλουϊ εἰεὶ ϧουν ϣα πιμανεριϣωουϣι ἐντε φϯ ναϩρεν πϩο μ̀ φϯ. φη ἐταϥϯ μ̀ πὸυνοϥ ὲ̀ντε ταμετάλου. ϯναουωνϩ ναχὶβολ φϯ πανουϯ, ϧεν ὀυκυθαρὰ, αλληλουϊα. Αριφμεὐὶ πὸς ν̀ Δαυιδ νεμ ϯεϥμετρεμραυϣ τηρς, αλληλ.

Alleluja, Introibo ad altare Dei in conſpectu Dei, qui lætificavit juventutem meam, Confitebor tibi Deus Deus meus in cithara alleluja. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus Alleluja.

In diebus autem feſtis Dominicis & Pentecoſtes, ſeu 50. dicunt ex Pſal. 117.

Ἀλληλουϊα, φαι πεπιέϩοου ἐτα πὸς θαμιοϥ· μαρενθελὴλ, ουοϩ ν̀ τενουνοϥ μ̀μονν ϧητϥ.

Ω πὸς εκὲναϩμεν, ὼ πὸς εκὲσουτεν πενμωιτ.

Ϥσμαρωουτ ν̀χε φη εθνηου ϧεν φραν μ̀ πὸς αλληλουϊα.

Alleluja, hæc dies, quam fecit Dominus, lætemur, & exſultemus in ea.

Domine redime nos Domine dirige ſemitas noſtras

Benedictus qui venit in nomine Domini alleluja.

Circulo peracto, ſtat in loco ſuo facie ad Orientem converſa, & Diaconus pariter in ſuo loco facie ad Occidentem verſa. Sacerdos ponit agnum, ſeu ablationem in manu ſiniſtra, eique adjungit Urceolum vini: dum illum Diaconus dextera manu tenet velo ſerico. Deinde ſignat. Poſt quam fratribus Sacerdotibus ſeſe inclinavit, & eis dixit. Benedicite. *Illi reſpondent.* Tu Benedicito.

Cum autem primo ſignat dicit.

ϧεν φραν μ̀ φιωτ νεμ π̀ϣηρι νεμ π̀πινευμα ἐθῦ, ουνουϯ ν̀ουωτ.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Unius Dei.

De-

Digitized by Google

Deinde ſignat inquiens.

Benedictus Deus Omnipotens Amen.	ϥϛμαρωουϯ ̀νϫε φϯ φιωτ πιπαντοκρατωρ, ἀμην.

Signat ſecundo dicens.

Benedictus Filius Unigenitus Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Amen.	ϥϛμαρωουτ ̀νϫε πεϥμονογενης ̀νϣηρι Ιη̑ς. Πχς̑ πενο̑ς. ἀμην.

Signat tertio dicens.

Benedictus Spiritus Sanctus Paraclitus. Amen.	ϥϛμαρωουτ ̀νϫε π'ιπνα̑ ἐθυ̑ μ̀ παρακλήτιον, ἀμην.

Poſtea reponit agnum ſeu oblationem in Diſco ſerico ſub velo dicens.

Gloria, & honor &c.	Ουὼου νεμ ουταιὸ ν̀.

Adhæc infundit vinum in Calicem, atque Sacerdos vinum temperat aqua in modica certa quantitate Diacono exclamante, ac dicente.

Amen. Amen. Amen.	Αμην, ἀμην, ἀμην.
Unus Pater Sanctus. Unus Filius Sanctus. Unus Spiritus Sanctus.	Εις πατηρ ἁγιος, εις υιος ἁγιος, εν πνεῦμα ἁγιον ἀμην.
Benedictus Dominus Deus in ſæcula amen.	Ευλογὴτος Κιριὸς ὁ Θεος ὲις τους αιῶνας ἀμην.
Benedicite Dominum omnes gentes, benedicite eum omnes populi, quoniam confirmata	Νη εθνος ϯηρου ςμου ὲ πο̑ς μαρουςμου ὲ ροϥ ̀νϫε νιλαος τηρου, ϫε ἀπεϥναι ϯαϫρο ἐϩρηι

ϩⲏⲓ ⲉ̀ ϫⲱⲛ, ουοϩ ϯμεθμηι ὴⲧε πος ϣοπ ϣα ενεϩ ἀμην ἀλλη-λουιὰ.

mata eſt ſuper nos miſericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum Amen Allel.

Populus dicit.

Δοξα Δατρι καὶ υιω καὶ ἀγιω πνευματι. Και νυν καὶ αἰὶ καὶ εις τους ἀιωνας των αιωνων ἀμην αλληλουιὰ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum amen alleluja.

Urceolum vino bene evacuat, atque os ejus linteo albo detergit, & ex altari removet, atque ubi Populus dixit.

Δοξα Πατρι.

Gloria Patri.

Sacerdos converſus ad fratres Presbyteros dicit.

Εἰρηνη πασιν, Διρουὰ ναϥ, Και τω πνατὶ ςου.

Pax vobi. *Illi reſpondent.* Et cum Spiritu tuo.

Tum convertitur ad Occidentem ac Populum ſemel Cruce ſignat, & invocat, atque dicit Orationem Gratiarum actionis.

Μαρενϣεπϩμοτ ν̀ τοτϥ, μ̀ πιρεϥερπετνανεϥ ουοϩ ν̀ ναηⲧ φϯ φιωⲧ μ̀ πενος ουοϩ πενϯνοι ουοϩ πενςωτηρ Ιης Πχς. Χε αϥερςκεπαζιν ὲϫων αϥερβοὴν ερον αϥαρεϩ ερον: αϥϣοπεν ερον αϥϯ ἀςοιρεν αϥϯπεν αϥενεενϣα ὲϩ ρηι ὲ ⲧαι ουνου θαι Νθοϥ ον μαρενϯϩο ερον ϩοπως ν̀ⲧεϥα-

Gratias agamus Authori bonorum Miſericordi Deo Patri Domini & Dei, ac Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, quoniam protexit, adjuvit, & cuſtodivit nos, & ſuſcepit, atque miſeratus nos ſervavit, & adduxit ad hanc horam. Ipſum ergo, Nunc rogamus, ut nos cu-

Digitized by Google

cuſtodiat hodie, & omnibus diebus vitæ noſtræ in omni pace, Omnipotens Dominus Deus Noſter.

ϣάρεϩ ἐρον ϧεν παι ἐϩοου εθῦ φαι νεμ νιέϩοου τηρου ὴτε πὲνωνϧ ϧεν ϩιρήνη νιβεν ὴϫε πιπαντοκρατωρ πο̄ς πεννουϯ.

Diaconus. Orate.

Ο Διάκων Προσευξάσθε.

Populus. Kyrie eleiſon.

Ολαος. Κυριέ ἐλεήσον.

Sacerdos dicit.

Dominator Domine Deus Omnipotens Pater Domini, Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, gratias agimus tibi pro omnibus propter omnia, & in omnibus, quia nos protexiſti, adjuviſti cuſtodiviſti, ſuſcepiſti, & miſeratus ſervaſti, ac pervenire feciſti ad hanc horam.

Φνηβ πο̄ς φϯ πιπαντοκρατωρ, φιωτ μ̀πενο̄ς πεννουϯ ουοϩ πενσωτηρ Ιη̄ς Πχ̄ς. Τενϣέπϩμοτ ὴτοτκ, κατα ϩωβ νιβεν, νεμ εθβε ϩωβ νιβεν, νεμ ϧεν ϩωβ νιβεν. Ϫε αχερσκεπαζιν ἐϫων, αχερβοήθιν ἐρον, αχάρεϩ ἐρον, αχϣοπτεν ἐροχ, αχϯάσοἐρον, αχϯτοϯεν, αχεντενϣα ἐϩρηι ἐ ται ουνου θαι.

Diaconus dicit.

Orate, ut Deus misereatur noſtri, benignus nobis factus, nos exaudiat, & adjuvet, & orationes ac preces Sanctorum ſuorum pro nobis ſemper ſuſcipiat in bonum, nobiſque peccata noſtra dimittat, atque præſtet, ut ex communione Sanctorum ac benedictorum ipſius Sacramentorum conſequamur remiſſionem peccatorum.

Τώβϩ ϩινα ὴτε φϯ ναιναν, ὴπϥϣενϩήτ ϧαρον, ὴτεϥσωτεμ ἐρον, ὴτεϥερβοήθιν ἐρον, ὴτεϥσι ὴ νιϯϩο νεμ νιτωβϩ ὴτε νιεθῦ ὴτάϥ ὴτοτου ἐϩρηι ἐϫων ἐ πιάγαθον ὴσηου νιβεν, ὴτεϥχα νεννοβι ναν ἐβολ. Ντεϥαιτεν νιμπϣα εθρενσι ἐβολ ϧεν ϯκοινωνιὰ ὴτε νεϥμυστήριον ἐθῦ ἐτσμαρωουτ, πιχωἐβολ ὴτε νεννοβι.

Pa- Ολα-

Ολαος. Κυριὲ ἐλεήςον. — *Populus*. Domine miſerere.

Sacerdos dicit.

Ἐθβε φαι ⲧⲉⲛϯϩο ουοϩ ⲧⲉⲛⲧωβϩ ὴⲧεκμεταγαθος πιμαιρωμι. Μηιςναν εθⲉνϫωκ ἐβολ ὴμπαιε ϩοου ἐθῦ φαι, νεμ νιἐϩοου τηρου ὴⲧε πενωνϧ, ϧεν ϩιρηνη νιβεν νεμ ⲧεκϩοϯ. φθονος νιβεν, πιρασμος νιβεν, ενεργιὰ νιβεν ὴτε ὴπσατανας, ὴπσοσνι ὴτε ϩανρωμι ευϩωου, ὴπτωνϥ ἐπϣωι ὴⲧε ϩανϫαϫι, νηετϩην νεμ νηεθουωνϩ ἐβολ.

Idcirco rogamus, & obſecramus bonitatem Tuam, o Amator hominum, concede ut agamus diem hunç Sanctum & cunctos dies vitæ noſtræ in omni pace cum timore tuo. Omnem invidiam omnem tentationem, omnem operationem Satanæ, & conſilium hominum iniquorum, & inimicorum viſibilium ac inviſibilium inſultationes.

Seipſum ſignans dicit.

Αλιⲧου. — Averte.

A ſiniſtra ad occidentem ſignat dicens.

Ἐβολ ϩαρον. — A nobis.

Tum a dextra ad Occidentem ſignans dicit.

Νεμ ἐβολ ϩαπεκλαος τηρϥ. — Et ab omni populo tuo.

Deinde converſus ad Orientem, ſuper altare ſignat dicens.

Νεμ ἐβολ ϩα ⲧραπεϩα θαι. — Et ab hac menſa.

Deinde proſequitur.

Νη ϫε εθνανε νεμ νηεⲧερνοϥρι σαϩινι ὴμμωου ναν. Ϫε ὴθοκ πε ἐⲧακϯ ὴμ πιερϣιϣι ναν ἐϩωμι ἐϫεν νιϩοϥ νεμ νισλη, νεμ ἐϫεν ϯϫομ ⲧηρς ὴⲧε πιϫαϫι, ουοϩ ὴμπερεντεν ἐϧουν ἐπιρασμος, αλλα ναϩμεν ἐβολ ϩα πιπετϩωου. ϧεν πιϩμοτ; νεμ νιμετϣενϩηⲧ νεμ ϯμετμαιρωμι ὴⲧε πεκμονογενης ὴϣηρι πε-

